



~~E. 157~~

1) Laditel

2) Damianus

3) Piscator

Ei 157 (1-4)

nicht reifbar  
nicht PK





DE VERITATĒ  
HVMANAE  
NATVRAE  
IESV CHRISTI,

THEOLOGICA ET  
*Scholastica disputatio.*

AD ILLVSTRISSIMOS ET PO-  
tentissimos Principes, & Magnificos Ciuita-  
tum Imperij Germanici Magistratus Euan-  
gelicam Religionem amplexos.

AVCTORE ANTONIO  
SADELL.



Sumptibus Ioannis Le Preux.

M. D. LXXXV.

[Genf]

29.

Antonius Sadeel  
Edi. Antoine La Roche  
de Chandieũ

N A T V R A E

IESV CHRISTI

THEOLOGICAE

AD ILLVSTRISSIMOS ET PO-  
tentissimos Principes & Magnificos Cives  
tam Imperij Germanici Magistratus Luan-  
golicam Religionem amplexos

AVCTORE ANTONIO  
SADÉE



Sumptibus Joannis I. de  
L. M. D. C. C. C. C. C.

348. [v. 18] 2487 S.





I LLVSTRISSIMIS  
POTENTISSIMIS ET  
CLEMENTISSIMIS PRIN-  
cipibus; Magnificis Dominis, Con-  
sulibus, ceterisque Magistratibus  
Inclytarum Germaniæ ciuitatum,  
puram & synceram Euangelij Chri-  
sti religionē amplexis: Salutem per  
eundem Iesum Christum. Dominū  
& Deum nostrum.



LLVSTRISSIMI  
& Clementissimi Prin-  
cipes, Magnifici Domi-  
ni, Quod eleganter o-  
lim Nazianzenus di-  
xit: Etiam extincta flā-

Orat. de  
Cathed.  
Const.

ma carbones molestos esse: Id in veteres hæ-  
reticos aptissimè quadrare potest, eos præ-  
sertim, qui duarum in Iesu Christo natura-  
rum veritatem euertere sunt conati. Etsi e-

¶ 3

## EPISTOLA.

nim Arrij, Eutychetis & consimilium veterum hæreticorum flammam, qua priscis temporibus, vniuersa propemodum Ecclesia conflagrauit, pij atque orthodoxi maiores nostri, summo labore, maximâque diligentia, iam pridem extinxerunt: tanta tamen fuit Satanae astutia, ut ex Arrianis atque Eutychanis carbonibus, nouas Ecclesie molestias crearet: veterum quidem hæreticorum nominibus suppressis, at iis ipsis eorum erroribus excitatis. Nam, ut ne singula persequamur, ecquis vnquam satis mirabitur, communem illum humanæ salutis hostem, in sacrosancto ac reuerendo Cœne Domini-  
 cæ mysterio insidias collocasse, ut humanæ naturæ Christi veritatem nobis, nihil tale cogitantibus, eriperet? Testimonio est Ecclesie Romanæ commentum de Transsubstantiatione: quæ cum sub nudis, vanisque panis accidentibus, iubeat nos querere corpus & sanguinem Iesu Christi, sine figura, sine quantitate, sine veris propriisque dimensionibus: corpus, inquam, quod nec aspectabile sit, nec contrectabile, sed simul sit in celo & in terris, adeoque in terrarum innumerabilibus locis: nihil aliud profecto quàm corpus  
 pus

## EPISTOLA.

pus sine corpore, & sanguinem sine sanguine nobis proponit. Sunt & alij qui in hoc ipso mysterio, repudiata Transsubstantiatione, retentâque panis substantia, nihilominus, ut veram & (ut illi quidē loquuntur) realem veri & realis corporis Christi præsentiam in pane constituent, excogitarunt dogma de Omnipræsentia corporis Christi: quod quidem eò spectat, ut humana Christi natura suis prædita dimensionibus, simul sit ubique præsens, nullo loco, nullifque dimensionibus circumscripta: ac proinde iam non sit humana natura. Priores quidem illi, nempe Pontificij contendunt, corpus Christi sub accidentibus panis delitescens, esse simul pluribus in locis, vi miraculi. Posteriores autē affirmant, corpus Christi esse ubique præsens, modo Maiestatis: Sed neutri animadvertunt, non ampliùs esse verum corpus, quod aliquo modo factum est non verum corpus. Sic exultat Satan, dum sub inani fallacium distinctionum spectro, finem suum sibi videtur affecutus. Itaque postquã illi sanctissimis Ecclesia Christiana de Christo vero Deo, & vero homine symbolis assentientes, Eutychem an-

EPISTOLA.

themate damnarunt: euestigio, duobus illis  
dogmatibus propositis, quam damnarunt,  
eam imprudentes confirmant sententiam.  
Ex quo factum est, ut iidem errores, muta-  
tis nominibus repositis, & (ut ad Nazianze-  
num redeamus) molestissimi veterum hæ-  
reticorum carbones, nouis flabellis accensi,  
in flammis longè tristissimas eruperint. I-  
taque cum de præcipuis aliquot Christiane  
religionis capitibus, iam à nobis Theologi-  
cè & Scholasticè disputatum sit: hæc quæstio  
dignissima visa est, quæ methodo à nobis  
instituta diligenter & accuratè tractaretur:  
collectis & in Theologica disputationis  
methodum redactis iis omnibus, quæ ante-  
hac copiosissimè & grauissimè à viris docti-  
ssimis conscripta ad nos peruenerunt. Ut au-  
tem nostrum institutum facilius intelliga-  
tur, totam hanc quæstionem tribus Dispu-  
tationibus Theologicis comprehendemus;  
quarum primam nunc proponimus: De  
veritate humane nature Christi, tan-  
quam aliarum fundamentum.

Sequetur altera disputatio, De Spirituali  
manducatione corporis Christi, ad quam  
spectat sanctissimum Cæna Dominica my-  
sterium:

## EPISTOLA.

sterium: ut omnes intelligant, quanta sit ipsius mysterij dignitas, quot fructus, & quã nostrã saluti necessarij inde percipiantur: ac proinde quanta cum reuerentia nobis sit ad sacram Domini Cœnam accedendum. Tertia erit, De Sacramentali manducatione corporis Christi: ubi de vera presentia corporis Christi in sacra Domini Cœna disseremus: aduersus Pontificiam Transsubstantiationem: necnon aduersus crassam illam, quam nonnulli iam inducunt corporis Christi in pane presentiam. Nunc igitur, ex ordine nobis proposito, dogma De Omnipresentia corporis Christi excutiendum suscepimus. Sed antequam pleno gradu ad rem ipsam accedamus, pios & Christianos Lectores velim admonitos: nobis propositum esse ita de re ipsa agere, & ipsum vel Omnipresentiam, vel Ubiquitatis dogma refellere, ut de nemine sententiam feramus. Nec enim sum nescius, quadam in doctissimorum virorum, & præclare de Christiana Ecclesia meritorum, scriptis occurrere, quibus fortè videri possit ista Omnipresentia stabiliri. Sed (licet suos nauos habeant etiã doctissimi) quia nõ possum animũ inducere, ut cre-

EPISTOLA.

dam, tantis viris (quorum ego soleo & doctrinam admirari & reuereri memoriam) ea unquam probari potuisse, qua ex isto dogmate consequuntur: idcirco sic ego quidem eorum scripta interpretor, ut si quando corpus Omniprensens dixerunt, perinde sit, ac si dixissent: Corpus eius qui est Omniprensens. Atque id libentius facio, tñ quòd exstant in ipsis eorundem scriptis pleraque nimè aliena ab hac nostra interpretatione, tum quia nonnunquam veteres ipsos ita locutos comperio, ut in hac questione Concreta pro Abstractis, & vicissim Abstracta pro Concretis usurparint: quorum pie menti fauere prestabilius est, quam minus commode explicatam sententiam exagitare. Quòd si qui sint, quibus minus placeat eiusmodi interpretatio, peto ab illis hanc veniam, ut dummodo nulla me hominum auctoritas à finibus scripturae diuellat, patiantur me pie de p̄ys ac præclaris viris, quoad eius fieri poterit, sentire. Sed si qui nostra sententia iniquiores, eam scriptis redarguendam susceperint, rogatos illos velim, ut moderate sine conuitiis, & hac eadem methodo nobiscum agant, ut argumentis hoc modo inter se

op-

EPISTOLA.

oppositis, veritas facilius elucescat. Etenim  
 ut eos omnes qui in aliis scientiis versan-  
 tur, ita maxime Theologos oportet esse (ut  
 dum est enim Augustini verbis) non male-  
 dicos conuitiatores, sed veridicos disputa-  
 tores. Omnino quod ad nos attinet, den-  
 tatas illas & felle potius quam atramento  
 exaratas chartas, ut principio, quum in  
 Theologicarum & Scholasticarum disputa-  
 tionum carceres ingrederemur, profes-  
 sumus, ita nunc profiteamur, plane nos esse  
 neglecturos. Sumus n. ab illo ipso Augustino  
 admoniti, eos quibus placet istud altercan-  
 di potius quam differendi genus, esse rey-  
 ciendos: quippe non documentorum ponde-  
 re vrgētes, sed maledictorum leuitate cri-  
 minantes: inquit idem Augustinus.

Contr. lit.  
 Petil. l. 2. c.  
 32.

Vos autem Illustrissimi ac Potentissimi  
 Principes: vósque magnifici ciuitatum in-  
 clytarum Magistratus, obtestor, per sanctis-  
 simum summēque reuerendum illius no-  
 men, de quo tota hac à nobis suscepta est  
 disputatio, qui verè Θεός, Deus consp-  
 icuus factus in carne, iustificatus in spiri-  
 ritu, conspectus ab Angelis, predicatus  
 Gentibus, cui in mundo fides habita, &

Cōt. Cref.  
 Gram. l. 2.  
 cap. 1.

## EPISTOLA.

qui sursum in gloriam receptus est ( inquit  
 Apostolus ) Vos inquam omnes obtestor, ut  
 pro summa vestra pietate, vestroque Euan-  
 gelica veritatis longè latèque propaga-  
 nda studio, infeliciſſimam hanc controuersiam,  
 placida, moderata, fraternaque collocutio-  
 ne, atque, ut Græci dicere solent, *εὐκρινος*  
*dirimatis*: & grauiſſima illa incommoda  
 quæ ex hoc Vbiquitatis dogmate consequun-  
 tur, & quæ vos ipsi, ut confido, perhorresci-  
 tis, ex florentiſſimarum Ecclesiarum vestra-  
 rum finibus exterminata esse iubeatis. Date  
 hoc Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principes,  
 per sanctiſſimum Iesu Christi nomen, date  
 hoc paci Ecclesie, atque hanc consolationem  
 innumerabilium hominum, religionem ve-  
 rè Christianam ex animo profitentium ge-  
 mitibus concedite: & telum quod commu-  
 nes Ecclesie reſormata aduersarij, nempe  
 Pontificij, in nos, quotidianis scriptis, sanè  
 quàm arroganter intentant, ex ipsorum ma-  
 nibus excutite. Date hoc piis Sereniſſimi Na-  
 uarrorum Regis Henrici precibus, ac postu-  
 latis aquisſimis: qui legatione ad vos, an-  
 no superiore, data opera, missa, vehementer  
 illam colloctionem & congressum à vobis,  
 pro

## EPISTOLAE

pro sua pietate, & optimo constantissimoque  
 in Gallicas Ecclesias studio postulavit. Ne-  
 que vestram Clementiam quorundam  
 maleuolorum scripta remorentur, qui ini-  
 quissime & indignissime, atque adeo aliter  
 quam de tanti Regis Maiestate & pietate,  
 vel loqui, vel scribere fas fuit, sanctissimū  
 eius consilium calumniari, & scriptis exagi-  
 tare, nuper admodum ceperunt, ad certam  
 Religionis & Reipublicæ Christianæ con-  
 turbationem comparatis. Denique nostræ  
 tenuitatis laborem hunc, non contendendi,  
 (coram Deo teste loquimur) sed solius ve-  
 ritatis confirmanda gratia susceptum, vo-  
 bisque summissè ac reuerenter oblatum re-  
 cipere, & equè bonique consulere dignemi-  
 ni: quo quidem ego, tanquam monumento,  
 vobis Illustrissimis Principibus, & Magni-  
 ficis Magistratibus, ipsique Ecclesia Chri-  
 stiana, posteris denique omnibus testatum  
 esse volui: me ex eorum esse numero, qui  
 Ecclesia tot hodie dissidiis vexata condi-  
 tionem, ex animo, nec sine gemitu deploran-  
 tes, pacem ei & tranquillitatem, sanctam-  
 que piorum omnium concordiam, totis ani-  
 mis expetunt, eamque votis assiduis à Da-

De famo-  
 fo libello  
 edito hac  
 inscrip-  
 tione, Incen-  
 dium Cal-  
 uinisticū.  
 De Regis  
 Nauarri, le  
 gatione a-  
 pud quos-  
 dam Impe-  
 rij status,  
 nuper ad-  
 modū ad  
 certam Re-  
 ligionis ac  
 Reip. con-  
 turbationē  
 compara-  
 ta.

EPISTOLA.

mino precantur.

Valete Illustrissimi & Potentissimi  
Principes, Magnifici que Ciuitatum Proce-  
res. Ex musæo nostro Calend. Martiis  
M. D. LXXXV.

Illustrissima Celsitudinis & Magnifi-  
centie vestra studiosissimus


Ant. Sadeel.



### Errata sic corrigito.

Pag. 7. l. 9. Expectate. lege expectare. pag. 12. l. 27. Inuolucra.  
Verum. p. 14. l. 21. consequentem. p. 24. l. 2. quum ais ibi. l. 13.  
circumstantiarum. ibid. l. 21. contradictorie. p. 25. l. 28. possit,  
tamen nunquam. p. 26. l. 22. possit. p. 29. l. 5. communicat, ~~res-~~  
~~pondei.~~ p. 37. l. Minorem. p. 50. l. 22. si vi. p. 53. l. 4. vnquam. p. 55.  
l. 16. est) p. 74. l. 8. exuerit. p. 76. l. 29. Ita. si. p. 77. l. 7. abdica-  
tio. p. 92. l. 31. est certissimum. p. 95. l. 8. si dicant. p. 108. l. 24.  
propriatum communicatio. p. 116. l. 21. Pfaltz. p. 129. l. 17.  
cum humana. p. 132. l. 28. illa ipsa, quam. p. 133. l. 5. quæ cum i-  
ta sint. p. 134. l. 11. quippe cum. p. 152. l. 30. veteres. p. 165. l. 3.  
Dele verba illa, Atque vt vno verbo transigamus. p. 175. l. 5.  
(inquis) p. 188. 19. simul cum. p. 197. l. 21. quippe cum. p. 197. l. 26.  
Sed cum Christus. p. 230. l. 1. adde ad caput lineæ, 14. p. 230. l. 29.  
inconfusè.









DISPUTATIO THEOLOGICA ET SCHOLASTICA:

DE VERITATE HUMANAE naturae Iesu Christi.

CAP. I.



T de re ipsa ex methodi nostrae ratione atque ordine disseramus. Primum nostram proponemus, deinde contrariam audiemus sententiam.

Credimus in una persona, quae est Iesus Christus, humanam naturam à λόγῳ assumptam, cum ipso λόγῳ inseparabiliter & inconfuse unitam esse, salvis utriusque naturae proprietatibus. Ipsamque naturam humanam summis & incomprehensibilibus donis exornatam esse, quatenus ipsius natura essentia ferre potest. Quam fidei professionem ex certissimis Scripturae testimoniis depromptam, pij maiores nostri haec-

*Communis sententia Ecclesiae reformatae, de veritate humanae naturae Christi.*

A j



Eorum sententia qui iuuentur dogma de Omnipræsentia corporis Christi.

nus ediderunt. At eorum qui dogma de Omnipræsentia carnis Christi tuentur, sententia est huiusmodi. *Duas in Christo naturas ita personaliter unitas esse, ut diuina natura det, humana verò accipiat, & vi huius hypostatica vnionis, diuina natura suas proprietates realiter humana natura comunicauerit, adeò ut Christus, non tantum secundum diuinam, sed etiã secundum humanam naturam sit omnipræsens, & ubique: neque tamen propterea naturas ipsas esse confusas, sed distinctas manere vtriusque nature proprietates, quia hæc unio hypostatica facta est seruatis vtriusque nature proprietatibus.* Hæc est illorum sententia, quantũ colligere potui ex variis eorũ scriptis, qui de hoc argumẽto scripserunt. Hanc autẽ sic explicant: Corpus Christi considerari tribus modis. Primus modus est naturalis: Secundus glorificationis: Tertius maiestatis, propter vnionẽ hypostaticã. Iuxta superiores modos adhibent sequentes distinctiones, quibus conantur amouere repugnãtiam à suo dogmate, quam nos illis constanter obiicimus. Et hac in parte est ἀκμή totius disputationis.

Explicatio dogmatis de Omnipræsentia.

1. Per se, & κατ' ἄλλο.
2. Ὡς εἶναι, & τῶς εἶχειν.
3. Φυσικόν, & ὑπερφυσικόν.
4. Κτήσει, & χρήσει.
5. Per apparitionem, & per disparitionem.
6. Per abdicationem.
7. Naturaliter, &, Personaliter, siue per οἰκονο-

κονο-

νομιαν vnionis.

8. Modo maiestatis.

Harum & consimilium distinctionū præsidio, sperant suam sententiam in tuto collocatam esse, aded vt nullis incommodis conficta ri possit. Status igitur quæstionis & το ζήτημα est: An, vi vnionis hypostaticæ, natura humana Christi acceperit realiter à λόγῳ proprietates diuinæ naturæ, & imprimis Omnipræsentiam: atque ita, vt humana Christi natura, quæ in se finita est, sit etiam simul infinita, propter vnionem hypostaticam. Illi aiunt: nos negamus.

το ζήτημα  
vov huiusce  
disputatio-  
nis.



CAP. III.



VI A omnis vera negatio à vera affirmatione pendet, iam audiamus Scripturam quæ certissima est regula veritatis: vt ab ea discamus, quidnam verè affirmare, & verè negare de tanto mysterio possimus:

Loci Scri-  
pturæ, fun-  
damentum  
sequentis  
demonstra-  
tionis.

*Verbum caro factum est.* Quæ verba non significant, ipsam naturam τοῦ λόγου esse conuersam in carnem: vel naturam carnis esse conuersam in Verbum, sed veram carnem, hoc est, veram hominis naturam esse assumptam à Verbo: quemadmodum maiores nostri orthodoxi, freti clarissimis Scripturæ testimoniis, intellexerunt.

Ioan. I.

- 1.Tim.2. *Vnus Deus, vnus Mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus.*
- Heb.2. *Non assumpsit Angelos, sed assumpsit semen Abrahæ, quare debuit per omnia similis fratribus fieri. Huc spectât loci prophetici de Messia filio Dauidis passim extantes.*
- Heb.3. *Quemadmodum igitur pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: similiter (ipse Christus) particeps factus ys communicauit, vt per mortem destrueret eum qui mortis habet imperium, &c.*
- Luc.2. *Iesus proficiebat sapientia & statura. Item:*
- Ibid. *Puerulus crescebat & corroborabatur spiritu, implebatūque sapiētia. Hæc est enim vis Græci vocabuli ἀληθὲς λόγος, quā nonnulli parum attendētes, locum hunc corruperunt, & progressus illos quos Christus verè fecisse à Luca cōmemoratur, in nudū aliquod spectrum conuerterunt: quod absit à piis & Orthodoxis omnibus fidem Euangelicæ narrationi habentibus. Huc pertinent quæ passim in Euangelio occurrūt de filio hominis: atque omnino quæ ad historiam vitæ, & mortis Christi pertinent. Ex quibus omnibus sequitur, corpus Christi esse verum corpus, ac proinde esse circumscriptum, & præditum suis dimensionibus. Non est igitur vbique.*
- A& 10. v. *Item dicitur Christus ex aliis locis discendens, ad alia loca accessisse, dicitur etiam adfuisse, & absuisse, vt, Gaudeo quod ibi non fuerim: quæ, citra vllam controuersiam, secundùm ipsius corpus intelligenda sunt. Quare corpus*

pus

pus Christi non est vbique.

*Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis:* (nempe secundum humanam naturam.) Corpus igitur Christi non est vbique. Math. 26.

*Exij à Patre & veni in mundum: & rursus relinquo mundum, & proficiscor ad patrem.* (Quod posterius de praesentia corporis facile intellexerunt Apostoli. Sic enim respondent: *Ecce nunc aperte loqueris.*) Corpus igitur Christi non est vbique. Ioan. 16.

*Nunc non amplius sum in mundo* (videlicet secundum corpus.) Ioan. 17.

*Habemus summum sacerdotem qui penetravit celos.* Heb. 4.

*Si esset in terra, non esset sacerdos.* Heb. 8.

Quare corpus Christi non est vbique.

*Correctate me, & videte: nam spiritus carnem & ossa non habet, sicut videtis me habere.* Ergo corpus Christi, etiam glorificatum, est verum corpus, suisque dimensionibus praeditum. Luc. 24.

*Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Proficiscor ut vobis parem locum: & postquam profectus fuero, & parauero vobis locum, rursus veniam & vos assumam. Volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Ioan. 20.  
Ioan. 14.  
Ioan. 17.  
Apoc. 14.  
 Sequuntur agnum quocumque ierit. Ex quibus efficitur corpus Christi, etiam post resurrectionem & glorificationem, esse in loco, nec enim fideles in vita aeterna vbique futuri sunt.

*Transformabit corpus nostrum humile, ut con-  
forme fiat corpori ipsius glorioso. Ergo, glorio-  
sum Christi corpus, est verū corpus, suisque  
dimensionibus præditum. Nec enim post re-  
surrectionem corpora nostra futura sunt v-  
bique præsentia.*

Math. 28.

*Queritis Iesum crucifixum: Non est hic.*

*Videte locum ubi iacebat.* Ergo gloriosum  
Christi corpus non est vbique. Alioqui cor-  
pus resurrexisset, & fuisset in sepulchro si-  
mul: quod valde repugnat. Itē: ergo præsen-  
tia corporis Christi est visibilis: Sic enim  
Angelus: *Non est hic, videte:* ut etiam Ioa. 20.  
*Contrectate me & videte.* Itē: *Ostendit eis manus  
ac pedes.* Et Act. 1. *Seipsum præsentem exhibuit*

Luc. 24.

*viuum, postquā passus est, ab ipsis visus, &c. Re-  
cessit ab eis, & ferebatur in cælum, & resurrexit  
& ascendit, & sedet ad dexteram patris,* significās Christum disunctū locorum  
interuallo, nempe secundū corpus. Quare  
corpus Christi gloriosum non est vbique.

Act. 3.

*Quem oportet cælum capere usque ad ierusalem  
restitutionis omnium (δέξασθαι):* hoc est, oportet  
ut cælum capiat Christum: nempe secū-  
dum humanam eius naturā. Ac proinde cor-  
pus Christi etiam gloriosum, nō est vbique.

*Depravatio loci Act. 3. in  
verbo δέξασθαι, resel-  
litur.*

Hæc est enim significatio verbi δέξασθαι, ut  
alibi dicitur, *ἀναληφθεὶς ἀπὸ ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν.* Illa autem interpretatio qua dicitur à  
nonnullis corpus Christi capere cælum, non  
autem cælum capere corpus, est planè ἀσύ-  
στατος, propriamque vocabulorum ac phra-  
σεων

Act. 1.

fecōn significationem euerit. Ne vrgeā hęc  
verba: *Vsq̄ue ad tempora restitutionis eorum om-*  
*niūm quæ Deus locutus est:* inquit,

*Iesus qui sursum receptus est à vobis in calum,* A&1.  
*sic veniet quemadmodum vidistis eum proficif-*  
*centem in calum.*

*Videbunt filium hominis venientem in nubi-* Math. 24.  
*bis cali.*

*Expectate è calis Iesum filium ipsius, quē ex-* 1. Thef. 1.  
*citavit à mortuis.*

*Annunciabitis mortem Domini donec veniet.* 1. Cor. 11.

*Habitanes in corpore, peregrinamur à Domi-*

*no: per fidem enim incedimus, & nō per speciem.* 2. Cor. 5.

*Malumus peregrinari à corpore, & ire habita-* Phil. 1.  
*tum ad Dominum. Cupio dissolui, & esse cū Chri-*

*sto. Quare corpus Christi gloriosum verum*  
*est & visibile corpus, cuius præsentia in ter-*  
*ris ante nouissimum diem expectanda*  
*non est.*

*Dominus cū voce Archægeli descēdet de calo.* 1. Theff. 4.  
*Rapiemur in nubes obviam Domino.* Ibid.

Corpus igitur Christi gloriosum, est ve-  
rum ac visibile corpus, ac proinde circum-  
scriptum, quandoquidem ascendere, abesse,  
adesse, & cætera eiusmodi, de illo ipso cor-  
pore dicuntur. Quare corpus Christi non est  
vbique.

Itaque propositis superioribus Scripturæ  
locis (quibus addi possunt plær̄ique alij cō-  
similes) iam ipsi fontes aperti sunt, à quibus  
manat veritas Theologicæ demōstrationis.

Ut autem sequens disputatio sit magis perspicua: quandoquidem nos oppugnamus affirmatum illud dogma, de Omnipræsentia & Ubiquitate corporis Christi: Visum est,

*Cur in hac  
disputatio-  
ne demon-  
stratio nega-  
ta propona-  
tur.*

illi opponere demonstrationem negatam, ut vis ipsius ἀ' ὑπὲρ θεοῦ magis eluceat. Atque ut nostra demonstratio facilius intelligatur, peto à piis adolescētibus Sacrę Theologiæ candidatis, ut ne grauentur memoria repetere, quæ ab ipso ἀποπρω παυδ εἰας, seu, Ἰν-σὺμυς, de Negatis demonstrationibus didicerunt. Nam cùm affirmatio sit mensura negationis, operæpretium est in Negata Demonstratione inesse affirmationem, ex qua necessariò negatio quæ demonstranda est consequatur. Nos eam affirmationem ex natura subiecti petemus, ita postulante natura huiusce demonstrationis. Hæc sit igitur nostra ἀποδείξις ex superioribus Scripturæ locis collecta.

*Natura Ne-  
gata demon-  
strationis  
paucis ex-  
ponitur.*

*Α' ἀποδείξις negata.*

Nullum corpus, quod sit verè, & essentialiter humanū corpus, & quod in Scriptura dicitur verè accedere ad locum, esse in loco, discedere à loco, esse palpabile & visibile, carne & ossibus præditum, cui, post mortuorum resurrectionem, corpora nostra futura sunt conformia: Nullum, inquam, corpus, quod est eiusmodi, potest, secundū veritatem Scripturæ, esse omnipræsens, siue v-bique. (Corpus Christi est verè & essentialiter

ter

ter humanum corpus, & dicitur in Scriptura verè accedere ad locum, esse in loco, discedere à loco, esse palpabile & visibile, carne & ossibus præditum, cui, post mortuorum resurrectionem, corpora nostra futura sunt conformia.

Quare corpus Christi non potest, secundùm veritatem Scripturæ, esse omnipotens, siue ubique.

Hęc demonstratio non tantùm negat, *ὅτι ἐστὶ*: Sed etiam continet *τὸ δὸς* illius negationis: nempe veram affirmationem, ex qua pendet veritas huiusce negationis. Etenim omnia illa *τὰ ἐν* quæ dicuntur per se de corpore, efficiunt *ἐξ ἀνάγκης*, corpus esse finitū & circumscriptū, ac proinde non infinitum, nec omnipræsens. Atque ita postquam nobis comparauimus verū attributum subiecti, facile depellimus *τὰ δὸς* illud quod falsū & perperam de subiecto dicebatur: cui, cū non modò non conueniat, sed etiam planè repugnet, efficitur, nostram hanc negationem esse verissimam, qua dicimus: *Corpus Christi non esse omnipræsens, siue ubique*, id quod erat demonstrandum.

*Explicatio superioris demonstrationis.*

*Post disputationem negatam *τὸ δὸς* sequitur disputatio *ἀναγκασιῶς* aduersus dogma Omnipræsentiæ siue Ubiquitatis.*



CAPVT III.

**I**AM persequamur disputationem *ἀναγκασιῶς*, & dogma illud, de om-

nipræsentia & Vbiquitate corporis in eom-  
mòdis obruamus.

## ARGVMENTVM I.

*Quicquid est omnipræsens, siue, vbique, est in-  
finitum, increatum, æternum, incomprehensibile:  
hoc est, vno verbo, est Deus. Corpus Christi non  
est infinitum, increatum, æternum, incomprehen-  
sibile, hoc est, vno verbo, non est Deus.*

*Quare corpus Christi non est omnipræsens, si-  
ue, vbique.*

Confirma-  
tio superio-  
ris argumē-  
ti.

Ierem. 23.

Maiores propositionem ita probamus,  
Quicquid est omnipræsens & vbique, id cælū  
& terrā implet. Atqui hoc Deus tanquā sibi  
propriū vendicat apud Prophetā his verbis:  
Nōne ego cælum & terrā impleo? inquit do-  
minus. Item qui affirmant omnipræsentiā  
corporis Christi, id dicunt fieri vi vnionis  
hypostaticæ τοῦ λόγου: eò quòd ὁ λόγος (in-  
quiunt) communicat corpori suam omni-  
præsentiā. At Omnipræsentiā, siue Vbiqui-  
tas τοῦ λόγου non potest separari ab æterni-  
tate ipsius λόγου Nam, quia diuina natura est  
simplicissima, idcirco proprietates diuinæ  
essentiæ, quæ sunt ipsa essentia, sunt indiui-  
sibiles. Rectè enim Ioannes æternitatem cū

Apoc. i.

omnipotentia coniunxit: *Qui est, qui erat, &  
qui venturus est, ille omnipotens,* inquit. Ex quo  
fit, vt si Omnipræsentiā & Vbiquitatem ὁ  
λόγος communicauit corpori, necessariò cō-  
municauerit etiam æternitatem. Consequēs  
illi

illi ipsi agnoscunt falsum esse: idem ergo de antecedente fateantur necesse est. Enimvero aut actu duplex est omnipræsencia Christi (quod absit vt dicamus, ne sint duo omnipræsentes) aut si corpus Christi est omnipræsens, vna eadèmq; Omnipræsencia, qua  $\delta$  λόγος est omnipræsens, sequitur hoc absurdissimum, corpus Christi esse Deum. Dices, corpus esse omnipræsens, non essentialiter, sed communicatiuè. At ego sic vrgeo: Corpus igitur est Deus communicatiuè. Quòd si communicatiuè non est Deus, non est igitur cōmunicatiuè omnipræsens, idque propter simplicissimam Deitatis essentiam, vt dictum est. Nam  $\delta$  λόγος est omnipræsens, quia est  $\delta$ μοῦσιος Patri, hoc est: quia est Deus.

Item, dicunt illi corpus Christi ita esse vbi que vt sit extra locum, & loca omnia contineat. Sed quicquid ita est extra locum, est etiam extra tempus. Quanquam enim res creatæ non vno modo dicuntur esse in loco, tamen nihil est creatum, quod non habeat suum vbi: & quod increatum est, est extra tempus. Item: Repugnat aliquid dici ex parte infinitum, &, ex parte finitum (si vocabula illa propriè vsurpamus) Itaque si corpus Christi est vbi que loca omnia continens, est igitur aeternum, & omnia tempora continet. ἀδύνατον. Nam quod nonnulli

negāt, id quod omnipræsens est, esse vbique, & esse infinitum: nihil est aliud, quàm, non solum res illas de quibus agitur, sed ipsa etiam rerum vocabula peruertere. Miror igitur istos, ~~fieri posse, ut qui quàm~~ quod finitum est, nempe corpus Christi, velint esse infinitum (quicquid tandem prætexant) & tamen quod infinitum est, (cuiusmodi est Omnipræsentia, & Vbiquitas) nolint infinitum esse.

*Respons. ad  
superius ar-  
gum. refuta-  
tur.*

At illi, vt se ex huius argumenti laqueis, si fieri possit, expediant, ita respondent: æternitatem & immensitatem habitare quidem in humana natura, sed non exerere peculiares pro se *ἐπερχειας* in humana natura, & per humanam naturam, id quod faciunt reliqua Deitatis attributa. Rursus sic distinguunt: Idiomata Deitatis absolutè in sese in Deo considerata, non esse à se inuicem distincta: Sed quando Deitatis essentia ad creaturas refertur, & vt loquuntur Scholastici, Ad extra consideratur, in ea relatione, seu consideratione, aliquam quasi distinctionem inter essentiam & attributa eius, docendi & discendi causa, cogitari.

*De Diuinis  
Attributis.*

Hæc illi: quæ quidè nihil aliud sunt quàm obscura verborum inuolucra, verùm enim verò nihil promouent: quâdoquidem semper manet superior difficultas: Videlicet: cur æternitas nō exerat suas *ἐπερχειας*, si reliqua attributa Deitatis suas *ἐπερχειας* exerunt.

Itaque

Itaque sequeretur grauiſſima hæc incōmoda: deitatem eſſe diuiſibilem: itēque, vniōnem hypſtaticam non ex æquo factam fuiſſe reſpectu attributorum deitatis, ac proinde non eſſe perfectam vniōnem, quæ omnia abſit vt dicamus. Quia verò Deus eſt actus puriſſimus, certè ἐνέπρετα eternitatis eſt, eternum eſſe: ἐνέπρετα immenſitatis eſt, immenſum eſſe: ἐνέπρετα omnipræſentiæ eſt, omnipræſentem eſſe, non autem aliquid aliud à ſe ipſo, vel æternum, vel immenſum, vel omnipræſens facere. Sic enim nec æternus, nec immenſus, nec omnipræſens eſſet. Eſt autem omnipræſens, quia eſt immenſus & æternus.

Quod attinet ad illam, quam vocant, quaſi diſtinctionem, & quam dicunt ſe docendi ac diſcendi cauſa cogitare, ne hoc quidem quaſi remedio, cauſam illam ſuam de reali proprietatum communicatione vilo modo ſubleuant. Nam quaſo, quid ſignificat vocabulum Reale? Ecquid commune eſſe poteſt ei quod reale eſt, cum eo quod docendi, vel diſcendi cauſa cogitatur? Ecquònam tandem deueniendum eſſet, ſi ea quæ cogitantur eſſent realia? Quid porrò tibi vis tua quaſi diſtinctione? Num forè communicationem illam idiomatum, nō iam eſſe realem, ſed tantum, quaſi realem, ita vt iam nouum aliquod dogma proponendū ſit de quaſi reali proprietatum communica-

*De quaſi  
diſtinctione  
quam pro-  
ponit Omni-  
præſentia  
patroni.*

tionē? Porrò si in vnione hypostatica proprietates Deitatis dici, Ad extra, existimas, cur igitur, in ipsa vnione hypostatica describenda, nominatim additur, *Vtrique nature seruari suas proprietates*. Quamobrem si communicatio realis idiomatum fit, seruatis vtriusque nature proprietatibus (id quod vos, saltem verbo, agnoscitis) certè idiomata illa non sunt, Ad extra, neque vllus vnquam ex Scholasticis existimauit, proprietates Deitatis posse dici, Ad extra: alioqui non iā essent proprietates.

*Obiectio.*

*Respons.*

Sed enim, inquis, res creatæ dicuntur bonæ, cùm bonitas sit proprietas Deitatis, neque tamen dicuntur æternæ. Respõdeo: primum hoc esse ab hac quæstione alienum, quandoquidem illi affirmant, corpus Christi dici omnipresens, nõ habituali, aut, creato dono, sed propter vnionem hypostaticā, cuius volunt realem communicationē proprietatum diuinarum esse consequenter. Quorsum igitur nunc agunt de donis in res creatas collatis? Præterea, bonitas, sanctitas, iustitia, & quæ sunt eiusmodi, dicuntur de rebus creatis, vtpote de piis ac fidelibus hominibus, non tanquam proprietates diuinæ cum ipsis fidelibus communicatæ, sed tanquam ipsarum proprietatum effecta.

Itaque, quemadmodum res creatæ sunt ab eo, qui solus à se, ac per se est: ac proinde solus est æternus: ita fideles sunt boni, sancti, & iusti

& iusti ab eo, qui solus à se, & per se bonus, sanctus, & iustus est: hoc est, qui est ipsa bonitas, sanctitas & iustitia. sic enim Christus, *Nemo est bonus* (inquit) *nisi solus Deus.* Res igitur creatæ non dicuntur æternæ, quippe quòd non sint à se, & per se, nec dicuntur à se, & per se bonæ, quia neque sunt, neque dicuntur ipsa bonitas: dicuntur autem esse, & esse bonæ. Atque hæc duo sunt inter se similia: Res creatas esse ab eo qui solus est à se, quippe qui æternus est, ipsaque ad eò essentia: Et, Res creatas esse bonas, ab eo qui solus est bonus à se, quippe qui est ipsa bonitas. Sed de ista Quasi distinctione sit iam dictum satis. Nam hoc Quasi ratiocinandi genus in posterum ab Apodicticis & Theologicis argumentis exterminandum censeo. Quamobrem manet superior nostra obiectio, quam profectò nullis vnquam diuerticulis, quocunque se tandem animo & cogitatione conuerterint, vnquam declinabunt. Nam vndique, omni ratione, quibusuis distinctionibus tacere iussis, concluditur: Corpus Christi non esse omnipræsens, quia corpus Christi non est Deus. Ac de hoc quidè primo argumento hæc nobis paulò copiosius dicta sint. Reliqua paucioribus verbis comprehendemus.

Matth. 19.

## ARGVMENTVM II.

*Nullum compositū constans ex partibus inter-*

*Reliqua argumēta cōtra Omnipræsentiam corporis Christi.*

*se distinctis & diuersis, infinitum esse potest (alio qui totum erit aliquid maius suis partibus simul collectis.)*

*Natura humana Christi, etiam in ipsa unione personali cōsiderata, cōstat anima & corpore, partibus inter se distinctis & diuersis.*

*Quare natura humana Christi, etiam in ipsa unione personali considerata, infinita esse non potest, ac propterea non est ubiq;, nec omnipræsens.*

### ARGVMENTVM III.

*Nihil quod continetur infinitum est. Humana natura Christi cōtinetur à Deitate, & sustentatur. Item: Anima Christi in ipsius Christi corpore continetur (quod vtrumque omnes Orthodoxi agnoscunt.) Quare humana natura Christi non est infinita. Item: Anima Christi non est infinita, & vi consequētia, nec corpus etiā infinitū est. Alioquin humana Christi natura esset ex parte finita, & ex parte infinita. ad v̄vator.*

### ARGVMENTVM IIII.

*Si corpus Christi est ubiq;: Ergo non est verè humanum corpus: ac propterea Christus non est verus homo: atque ita nobis perit summa illa consolatio qua salutis nostræ summa, cōtinetur: Nos esse ex carne eius, & ex ossibus eius. Itēque sequitur, Christum non esse Mediatorem inter Deum & homines: quippe cū Mediatorem verum Deum & verū hominē esse oporteat. Quæ omnia sunt falsissima, & à Christiana religione alienissima.*

Nec

Eph. 5.

Nec ad rē facit quod nonnulli Ubiquitatis  
 patroni ex fontibus Pōtificiis hauerunt, lo-  
 calitatē & præsentiā nō esse de corporis ef-  
 fentia. Loquimur enim de corpore quod est <sup>Res pōsto dē</sup>  
 τὸ δ' ἐστὶ & actu existēs, quod sine quantitate, <sup>localitate,</sup>  
 sine dimētionib⁹, sine localitate, & sine prę-  
 sentia esse nō potest, nisi omnia naturā fun-  
 damenta conuellantur. <sup>refellitur.</sup>

ARGVMENTVM V.

Si propter unionē hypostaticam corpus Christi  
 est ubiq; Ergo ipsum corpus in utero virginis con-  
 cipi non potuit. Quod est falsissimū. Consequētia  
 patet ex rei natura, & ex significacione ipsius vo-  
 cabuli. Sic enim apud Lucā Angelus: *σὺ λήψῃ* Luc. 1.  
*ἐν τῷ σπῆρι*, inquit Marię. At quod ubique est, &  
 infinitum, concipi, & in utero contineri non  
 potest. Et corpus conceptum in utero, non  
 alibi tum fuit: nec enim alibi cōcipi potuit:  
 nec potuit esse alibi nondum conceptum:  
 nec potuit ante partum deiparę virginis ef-  
 se extra eius uterum.

ARGVMENTVM VI.

Si propter unionē hypostaticam corpus Chri-  
 sti est ubique: Stare igitur nō potest quod ait Lu-  
 cas. Iesum profecisse sapientia & etate. sine statu-  
 ra, *ἄλμια*. Vt apud eundem Lucam c. 12. vers.  
 25. *ἀδυνατον*. Quis enim neget, Christum i-  
 pso corpore adoleuisse? Consequētia est in-  
 promptu. Nam ei quod est infinitum acce-

B j

(alio  
 ribus  
 mo-  
 re,  
 ipſa  
 po-  
 tens.  
 na-  
 en-  
 or-  
 Or-  
 wa  
 non  
 off-  
 ſet  
 or.  
 erē  
 est  
 il-  
 cō-  
 bus  
 esse  
 uip  
 verū  
 fal-  
 ma.  
 Nec



dere nihil potest.

## ARGVMENTVM VII.

*Si propter unionem hypostaticā corpus Christi est ubique: Ergo Christus nō est mortuus: quod est falsissimum.* Consequentia patet ex definitione mortis, quæ significat separationē animæ à corpore. Iam si humana Christi natura, vi unionis hypostaticæ, ubique est: Ergo illa Ubiquitas non minus conuenit animæ, quàm corpori. Si ubique est anima: ergo etiam multò magis in suo corpore. At quādiu anima est in corpore, homo non potest dici mortuus. Postquā autem semel facta est sanctissima illa unio personalis, nunquā dissoluta est: quemadmodū Orthodoxi omnes fatentur, qui dicunt illā esse factā ἀκατισως.

## ARGVMENTVM VIII.

*Si propter unionem hypostaticam corpus Christi est ubique: Ergo historia Evangelicæ fides abrogatur.* Quod absit. Consequentia patet: Quā enim Euāgelica historia cōmemorat, Christum venisse, abiisse, rediisse, adfuisse, abfuisse, & cōsimilia: Profectò ea intelligi nō possunt de eo corpore quod fuerit ubique.

## ARGVMENTVM IX.

*Si corpus Christi accepit ab unione hypostatica ut sit omniprasens: Ergo finitum capit infinitum, ἀδύνατον.* Consequentia patet ex natura corporis, & ex verbo accipiendi.

## ARGVMENTVM X.

*Nullum dogma quod continet contradictionē est*

est Theologicum: ac ne dignum quidem est nomine dogmatis. Dogma de Omnipræsentia corporis Christi continet contradictionem. Quare non est Theologicum, ac ne dignum quidem nomine dogmatis.

Minorem ipsa vocabula satis confirmant. Nam si est corpus, est igitur finitum ex natura corporis. Si est omnipræsens, est igitur infinitum, ex natura Omnipræsentiæ & Ubiquitatis. Sic ergo corpus, nõ est corpus: ipsum, non ipsum: quæ ἀντιστροφῆς est omnium crassissima. Sexcenta eiusmodi proferri possent, sed reprimo me: iam enim eos mihi videor audire, quibus Omnipræsentiæ dogma placet, ita respondentes: Se veritatem humanæ naturæ Christi nõ tollere: neque negare quin ea sit finita, suasque habeat dimensiones: sed nihilominus Christi corpus esse omnipræsens, propter cõmunicationem proprietatum realè, qua Diuina natura suas proprietates humanæ naturæ verè ac realiter communicauit: cuiusmodi est Omnipræsentia, Omniscientia, Omnipotètia. Etenim (inquiunt) triplex est cõsideratio corporis Christi: vna Physica, qua nostris corporibus, excepto peccato, per omnia simile fuit. Secunda gloriosa, pro ratione corporum spiritualium, de quibus Apostolus: Seminatatur corpus naturale, & resurgit spirituale: què essendi modum corpus Christi retinet. Tertia, quatenus sedet ad dexteram Maiestatis Dei. Nulla est igitur contradictio in dogmate Omnipræsentiæ, quia varij respectus tollunt cõtradictiones.

Responsiones  
patron.  
Ubiquitatis.

Itaque uni & eidem corpori diuersi modi presentia, non simpliciter, & absolute, sed, diuerso respectu, tribuuntur. Vt enim in corpore animato duplices sunt proprietates: quoniam interdum consideratur ut simpliciter corpus, interdum, sicut cum anima unitum est, unde acquirit proprietates quas ex se non habet: & illa proprietates se inuicem non euertunt, sed simul in eodem corpore consistere possunt, quia diuerso tantum respectu illi tribuuntur: Ita etiam in corpore Christi cum Verbo personaliter unito duplices sunt proprietates: quarum alteras cum beatis hominibus habet communes, et gradibus & numero superiores: quasdam vero proprias & singulares habet: cuiusmodi est omnipresentia. Non igitur questio est, an proprietates corporis Christi, post ascensionem, sint sublatae: Sed, an, illis permanentibus, supra eas acquisierit caro Christi, per sessionem ad dexteram Dei, alias proprietates, quae nulli corpori humano, nullique adeo creaturae, sine abolitione eiusdem, contigerunt. Haec illi.

Refutatio  
superioris  
Responsio-  
nis.

Ego verò peto à Christianis lectoribus, ut hic figant oculos, & cum superiorem responsionem, tum illius refutationem, quam sumus allaturi, diligenter & accuratè expendant: quippe cum hæc vna distinctionis latebra superfit patronis Omnipresentiæ, ac proinde nobis illam identidem repetant, quam nos hunc in modum excutimus.

De triplici  
consideratio-  
ne corporis  
Christi.

Tribus modis corpus Christi consideras, & quia varij sunt respectus, ideo (ut tibi qui-

quidem videtur) non incidis in ἀντιφρασιν, id quod explicas similitudine corporis animati: qua de re etsi plura nobis infra dicenda erunt, quā discutiemus simile ab anima petitum, quod nobis vulgò obiici solet: nūc tamen quædam de corpore animato dicemus, prout hic locus videbitur postulare. Age ergo, videamus quā fœliciter ἀντιφρασιν declines. Dicis corpus Christi esse circumscriptum vno respectu, & incircumscriptum altero. At ego id fieri posse pernego, hac ratione: quia inter nos quæritur, non, an hoc, vel, illud consideres in Christi corpore: sed an Actus; corpus Christi sit circumscriptum simul & incircumscriptum: quod nos ἀδύνατον esse affirmamus, quippe ἀντιφραστικόν. Atque, vt tuis te vestigiis persequar, profero illud ipsum simile quod attulisti. Nam quum corpus animatum consideras, vt simpliciter corpus, obsecro te, ecquāsnā illius proprietates consideras? Fortasse dices, quod sit vitæ, sensus & motus expers, ex se, & per se: accedente verò anima, illique suas potentias communicante, viuat, sentiat, atque moueatur. Ex quo fit, inquis, vt corpus acquirat proprietates quas ex se nō habet. Id si dicas, tum ego hūc reprehendā, quod, vt recenscas proprietates corporis per se considerati, nō proponas id quod corpus est, sed id quod corpus nō est: præsertim cum sint in præptu ea proprietates quæ ab essentia corporis di-

*Queritur,  
an corpus  
Christi sit  
circumscri-  
ptum simul  
& incircum-  
scriptum  
ACTV,  
non autem  
consideratio-  
ne. Ad hūc  
scopulū Pa-  
troni Ubi-  
quitatis na-  
uem frege-  
runt.*

*Simile de  
corpore ani-  
mato excu-  
ratur.*

uelli nō possunt, cuiusmodi est: quātū, aspe-  
ctabile, & cōtrectabile esse ( vt ille dicebat,  
Tangi nisi corpus nulla potest res) Hęc, in-  
quā, sunt *πᾶσι δὲ σώματα* corporis. At non viue-  
re, nec moueri, nō sunt proprietates eius cor-  
poris, quod potest esse capax animæ, (hoc e-  
nim & lapidi cōuenit) quū anima definiat-  
ur, forma corporis organici vitam potētā  
habentis. Ex quo fit, vt hoc potiū propriū  
eiusmodi corporis statui debeat: Vitā habe-  
re, moueri, sentire potētā. Verū enim verò  
elige vtrum velis: Si quantū & circūscriptū  
esse, agnoscis pro naturalibus proprietati-  
bus corporis, vides corpus animatū, siue il-  
lud per se, siue, vt animatū cōsideres, manere  
quantū & circūscriptū: & ita distante tua si-  
militudine, inde sequi, corpus Christi, etiam  
cum *λόγῳ* consideratū, retinere suas proprie-  
tates, & manere finitū, suisque dimē sionibus  
circūscriptū. Sin mauis, non viuere, nō sen-  
tire, non moueri, esse proprietates corporis  
animati per se, & sine anima cōsiderati: affir-  
mo, has propositiones esse falsissimas: cor-  
pus animatum, Actu simul viuit, & non vi-  
uit: Actu simul sētit, & nō sentit: Actu simul  
mouetur, & nō mouetur. Nec ego varios il-  
los tuos respectus, tuāsque illas cōsideratio-  
nes quicquam moror. Quæro enim quid **A-  
CTV** sit aut non sit. Quinetiā licet animatū  
corpus per se cōsideres, perinde vt si esset si-  
ne anima, nō tamē propterea tua illa cōside-  
ratio efficit, vt sit Actu simul per se, & sine

anima, alioqui nō iā esset animatū corpus, & ἀντιφατικῶς diceretur, corp<sup>9</sup> animatū, nō esse per se, hoc est corpus animatū, esse per se, hoc est corpus animatum, non esse animatum. Similiter, si statuis, hęc esse corporis Christi per se cōsiderati propria: Nō esse infinitū, omnipræsens, & alia eiusmodi: & tamē à λόγῳ, propter vnionē personalē, accepisse vt sit infinitū & omnipræsens: te ex tua superiori similitudine ita refello: Has propositiones esse falsas, quippe ἀντιφατικῶς: corpus Christi, Actū, simul est finitū, & infinitū: Actū, simul est alicubi tātūm præsens, & , omnipræsens, Actū, simul est Physicū, & , nō Physicū, Actū, simul est gloriosū, & , non gloriosū, & cōsimilia. Nā ex tua similitudine corpus Christi respōdet corpori animato. At enim (inquis) ego idē corpus variē cōsidero. Mitto ego quid cōsideres, & rē ipsā actūq. rei & existētiā intueor. Nec enim agimus de humana natura in specie, vt est καθόλου, sed de hac humana natura, nēpe Christi, quę est τόδε τι. Corpus autē Christi variē cōsideratū non propterea est variū, sed manet actū idē corpus. Atque, vt id mihi assentiare, cedo, te ipsum audias, ita nobis primā considerationem corporis Christi proponētē, vt sit Physica, videlicet, *qua corpus Christi nostris corporib<sup>9</sup> excepto peccato per omnia fuit simile*, inquis. Quęro igitur, an, quū Christus in terris versaretur, eius corpus fuerit actū simul mortale & immortale? Itēque, an, corpus Christi

in gloriã receptũ, sit actu simul immortale & mortale? Satis ipse respõdes, quẽ ais, corporibus nostris excepto peccatõ *fuisse* simile. nõ dicis esse, sed *fuisse*. Atque etiam vt videas quantum distent nostrã cogitationes, variãque illi respectus, quos animo & mente agitamus, ab actu rei & existentia: ecce, ego vicissim considero Christum patientem, morientem, à mortuis resurgentem, in cœlum ascendentem, denique è cœlo descendente, vt mortuos & viuos iudicet. Hęc, inquam, omnia considero, variõsque temporum & aliarum circumstantiarum respectus adhibeo, ex quibus faciliẽ iudico, falsum esse, si quis dicat illa omnia actu simul esse. Neque verò te adiunat quod ais, proprietatibus corporis remanentibus, supra eas alias proprietates fuisse communicatas. Nam, vt fateor, corpus Christi præstantissimis dotibus exornatum esse, ita constanter affirmo, eas dotes non posse opponi contradictione illis proprietatibus naturalibus, quas ipse dicis remanere. Itaque si actu corpus Christi finitum manet, ex natura veri corporis, certè nõ potest accipere ab vnione personali, vt actu simul sit infinitum. Quia non potest accipere, vt non sit corpus. Desineret enim esse duarũ naturarum vnio. Vt autem idem corpus sit actu finitum simul & infinitũ, fieri nequit.

Quomodo  
varijs respectus  
utiliter  
adhibeantur.

Quid ergo? Nempe varijs respectus utiliter adhibentur, quum agitur de persona Christi,

Christi, hoc modo: Christus est Deus & homo, Creator & creatura, finitus & infinitus, vario videlicet respectu: finitus, quatenus homo, infinitus, quatenus Deus. Sed hæc falsæ sunt: Diuina Christi natura actu simul est infinita & finita, vario respectu. Item, humana Christi natura actu simul est finita & infinita, vario respectu. Vtraque propositio falsa est, nec varij respectus aliquod remediũ afferre possunt.

His igitur expositis, satis elucescit quàm inanis sit illa respõsio de variis respectibus, deque variã consideratione corporis Christi, quam tamen dogmatis de infinito Christi corpore, infinitis incommodis & repugnantis, quasi perpetua tempestate iactati, sacram illi anchoram esse volunt. Summa autem refutationis à nobis propositæ, hoc connexo ἀπαγωγικῶς εἰς ἀδύνατον comprehendimus.

*Si corpus Christi finitum est, propriisque dimensionibus circumscriptum, quatenus tantum per se, hoc est, seorsum à λόγῳ consideratur. Ergo corpus Christi nūquam fuit, nec erit actu finitum, propriisque dimensionibus circumscriptum, sed sola consideratione. Consequentia patet: quia licet humana Christi natura seorsum à λόγῳ considerari possit, tanquam actu fuit, nec erit seorsum à λόγῳ: nec enim vnquam extitit quin à λόγῳ sustentaretur in vnione personæ ab ipso λόγῳ perpetuò sustentanda. Et*

vi consequentis corpus Christi nunquam fuit actu & re ipsa verum, & physicum corpus, nostris corporibus per omnia simile, excepto peccato: Sed tantum fuit verum corpus in eorum animis & cogitatione, qui dogma Omnipræsentie corporis Christi hisce temporibus tuendum susceperunt. *α δὲ ἕνα-  
ταν, α θεόλογον, ετερόδοξον.*

Quod autem postremò addunt, singulares illas proprietates, cuiusmodi est Omnipræsentia, nulli rei creatæ cōtigisse, sine eius abolitione, puto esse lapsum *μνημονικόν*: quò ita dicendum fuerit: Omnipræsentiam nulli rei creatæ vnquã contingere potuisse, quia hoc inferret abolitionem naturæ rerû creatarum, earumque conuersionem in Deum: Quod absit.

Porro, quia, vt varios illos respectus (in quibus suæ causæ præsidium collocarunt) nobis cōmendent, multa proferunt de communicatione proprietatum: cui etiam nū, vt stare possint, varias distinctionū columnas suffulciūt: de his omnibus sigillatim nobis dicendum erit, idque hoc ordine, vt primū de cōmunicatione proprietatum disseramus: deinde excutiamus eas omnes distinctiones, quas adhibent ad suam sententiã explicandã. Quare meminerint lectores, hunc potissimū esse questionis statū, An corpus Christi, quod verū est corpus, ac proinde actu & realiter circumscriptum suis dimensionibus, possit

possit etiam vlllo modo, vlla ratione, vlllo distinctionum beneficio, dici actu & realiter infinitum, incircumscriptū & omnipræsens. Huc imprimis est nostra hæc ἀνασυναγωγὴ disputatio conuertēda. Nobis igitur de Cōmunicatione proprietatū nunc agendū est.



DE COMMUNICATIONE  
PROPRIETATVM.

**H**oc loquendi genus, Cōmunicatio proprietatum in Scriptura non reperitur: & raro apud ipsos etiam Veteres extat totidē verbis: sed à Scholasticis potissimum introductū est, vt hac phrasi, & contracto illo loquēdi genere (qui Scholasticorū mos est) sententiam veterum Doctorū cōprehenderent, de locis aliquot Scripturæ rectè & ὀρθῶς intelligendis, quos olim hæretici deprauabāt. Nā illi naturas in Christo cōfundebāt, eò quòd legerent, Dominū gloriæ crucifixum, Deum acquisisse Ecclesiam suo sanguine, Filium hominis in terris existentē, esse simul in cælo, & pleraque cōsimilia, quæ maiores nostri ita intelligenda esse cōsuerunt, vt quod dicitur de persona in Cōcreto, non propterea dicendū sit de altera natura in Abstracto, cōtra alterius naturæ proprietatē, adeò vt neque deitas crucifixa, nec sanguine prædita, nec rursus humana na-

*Paucis explicatur hoc vavia ἰδιαιτητων in Veterū, qui ipsam proposuerūt sententia.*

tura simul in terra & in cœlo fuisse, credēda sit. Quandoquidem tanta vis est vnionis illius hypostatica, vt Scriptura de persona id enuntiet, quod alterius tantum naturæ est propriū: & quia vnus Christus est Deus & homo, Scriptura id Christo Deo attribuat, quod humanæ naturæ proprium est, & vicissim, id Christo homini tribuat, quod est proprium Deitatis. Atque hanc veterum expositionem, Scholastici duobus hisce vocabulis, *Communicatio proprietatum*, significare voluerunt, non quòd vnus naturæ proprietates cum altera natura, sed potiùs cum ipsa persona communisetur: hoc est, de ipsa persona tā vnus quàm alterius naturæ proprietates enuntientur. Ipsi autem veteres variis vocabulis suam sententiam expresserūt: cuiusmodi sunt, ἐπιθευξίς ὀνομάτων, κοινότης ὀνομάτων, ἀντίδοσις, & si qua fortè consimilia apud veteres occurrunt. Sæpe quidem vsurpant κοινωγέιν & κοινωγίζιν: sed his vocabulis ipsam veram, & perfectā personalem vnionē, vt plurimum, intelligunt, id quod facile patebit ex sequentibus veterū testimoniis.

Nyssenus. *Rex regum venit in communionem siue communicationem nostre nature. εἰς κοινωγίαν.*

Basil. in S. Natiuit. *Koinωγία nostre nature πρὸς θεόν.*

Cassianus.

*Manente in sua perfectione naturaliter utraque substantia, sine sui preiudicio, & humanitati Diuina communicant, & Diuinitati humana participant.*

Di-

Divinitas in vna sui hypostaseon, tota nobis communicavit ἐκοινώνησε.

Ex communione & vnione Verbi ad humanā naturam. ἐκ τῆς κοινωσίας καὶ ἐνώσεως.

Caro operanti Deitati λόγου communicavit κοινωεῖν.

Unus Christus vult & operatur in utraque natura non confusè, nec diuisè: sed cum communione, siue communicatione alterius quod cuiusque proprium est, μετὰ τῆς ἑατέρου κοινωσίας.

Vnio & communio naturarum.

Quomodo adoptionis eius participes esse possemus, nisi per Filium, eam quæ est ad ipsum, accepissemus communionem, & nisi Verbum eius communicasset nobis, caro factum?

Communio Dei & hominis.

Neque homo à Deo gratiam salutis acciperet, si in vna persona Christi Diuina, humanaq; natura communio non maneret. Et plerique alij loci consimiles. Atque hoc loquendi genus fluxit ab his Apostoli verbis: Quemadmodum pueri communicarunt carni & sanguini: ipse quoque consimiliter particeps factus est eorundem, &c. Vbi verbum κοινωεῖν vsurpatur.

Quanquam autem in naturarū vnitione, vnione, & communione, aliquid prius & posterius considerari potest: re tamen ipsa & actu, illa omnia simul extiterunt. Atque omnino in hac quæstione, Communicandi & Communione vocabula intransitiuè à veteribus vsurpantur: ad quod cum Vbiquitatis

Dionysii citate Damasc.

Athan. ad Epiſtet.

Damascenus lib. 3. c. 9.

Id. ex Syno. Chalced.

Id. lib. 4. c. 4.

Iren. l. 3. c. 20.

Id. lib. 4. Fulgētius.

Heb. 2.

Communicandi veterum veteres intransitiuè vsurparunt: quod idem Vbiquitatis intransitiuè accipiunt.

dēda  
is il-  
sona  
tura  
Deus  
ibu-  
& vi  
d est  
m ex  
oca-  
ica-  
ro-  
um  
psa  
ro-  
va  
rūt:  
ōrue  
illa  
sur  
alis  
tio-  
cile  
niis.  
com-  
er v-  
uma-  
t hu-  
Di-



patroni minus aduerterent, & verbum *Communicandi* transitivè, contra vsum verbi *κοινωνεῖν*, acciperent: ex plerisque Veterū locis perperam intellectu, suum dogma de reali proprietatum cōmunicatione fabricarunt, opinantes, propria Deitatis communicari, hoc est, vt illi quidem exponūt, communia fieri, ac cōferri in humanam naturam: quod est insigne *Πευδογράφημα* in Theologia, adeoque in ipsa Veterum doctorum lectione: quum potius ex ipsis veteribus, & quod longè grauius est, ex ipso Dei verbo, ita statuendum sit: In persona Christi, naturam diuinam τὸ λόγος, & ipsius naturæ proprietates, communicare, siue, *κοινωνεῖν* humanæ naturæ ( verbo *Communicandi* intransitivè accepto ) hoc est, arctissimè, & personaliter vniri cum humana natura, quam ipse λόγος assumpsit. Et hæc est vera & realis proprietatum communicatio, siue, *Communio*, quæ Scriptura tradit, quam veteres agnouerunt, & quam orthodoxi omnes piè & religiosè amplectuntur.

Quam sit  
communicatio  
proprietatum  
verbalis.

At illa cōmunicatio proprietatum, quam proponunt Scholastici, ad quasdam Scripturæ phrasas explicandas, quibus hæretici abusi sunt, vulgò dicitur verbalis: non quòd sit ficta, aut commentitia, sed quia pertinet ad verborum & φράσεων expositionē: quæ quidem expositio quum sit vera, orthodoxa, & certissimis rationibus confirmata: certè modus

dus illius expositionis, vanus aut fictiti-  
 ci non potest. Solent autem varij gradus hu-  
 iusce communicationis proprietatum assi-  
 gnari: nec dum de illis gradibus planè con-  
 stat inter huius ætatis Theologos doctissi-  
 mos, qui tamen omnes huc redeunt, vt dicat,  
 hanc de proprietatū communicatione do-  
 ctrinam esse adhibendam ad hos Scripturæ  
 locos intelligendos, *Antequam Abraham*  
*esset ego sum*: *Christus est Deus benedictus*:  
*Per quem fecit & secula*: *Dominum glorie*  
*crucifixissent*: *Ecclesiam Dei quam acqui-*  
*suit proprio sanguine*: *Filius hominis qui est in*  
*cælo*, & qui sunt consimiles. Hos autem  
 locos ita intelligendos existimant, vt vnus  
 naturæ propria, quæ dicuntur de tota per-  
 sona in Cōcreto, ad ipsam naturā cuius pro-  
 pria sunt, referantur in Abstracto: idque, li-  
 cet persona significetur vocabulis Cōcretis  
 ad vnā tantum naturā propriè spectantibus:  
 vt quū dicitur Dominus gloriæ crucifixus, &  
 quū Deus dicitur acquisuisse Ecclesiā suo  
 sanguine, & vicissim quū Christus dicebat,  
 Filiū hominis descendisse de cælo, & esse in  
 cælo. Atque hæc quidem est eorum summa,  
 quæ doctissimi ætatis nostræ Theologi de  
 hac cōmunicatōne proprietatū tradiderūt.

Ioan. 8.  
 Rom. 9.  
 Heb. 1.  
 1. Cor. 2.  
 Act. 20.  
 Ioan. 3.

Hic autem ego paulisper gradum figo, &  
 sic ratiocinor: Equum non esse, quum istud  
 loquendi genus, *Communicatio proprietatum*,  
 in Scriptura non extet, ipsum vrgere in do-

*An rectè  
 argumentū  
 ducatur ex  
 hoc loquen-  
 di genere.*

Com  
 nos-  
 ocis  
 eali  
 unt,  
 ari,  
 unia  
 uod  
 a, a-  
 io-  
 uod  
 ta-  
 di  
 ta-  
 na  
 iuè  
 iter  
 opos  
 ric-  
 quā  
 unt,  
 osè  
 uam  
 ripru  
 i abu  
 d fit  
 et ad  
 e qui-  
 xa, &  
 rēmo  
 das



gmate Theologico asseredo. Quamobrem propono sequens Theorema, cui fat scio, docti ac probi Theologi assentientur.

*Nullum loquendi genus quod in Scriptura non legitur, in aliquo fidei & doctrina capite asserendo, urgeri debet.*

Deinde affirmo, cum superius illud genus loquendi fuerit à Scholasticis propositum, collectumque ex veterum doctorum scriptis, eius significationem & sensum ab illis ipsis Scholasticis & veteribus petendum esse, ex vulgata illa regula: eius esse interpretari qui locutus est. Audiamus igitur tam Scholasticos quàm Veteres Cómunicationem proprietatum suis verbis exponentes.

*Explicatio  
Comunicat.  
propr. ex Ve-  
teribus, &  
Scholast.*

Pro Scholasticis vnum Thomam audire satis erit, ita communicationem proprietatum exponentem.

*Cum aliud & aliud sit secundum quod divina & humana prædicantur de Christo: necesse est dicere, in Christo esse duas naturas inconfusas & impermixtas: Id autem de quo prædicantur proprietates naturales, secundum naturam propriam ad genus substantiæ pertinentem, est hypostasis & suppositum illius nature. Hæc Thomas. Quam quidem doctrinam à veteribus manasse subiectis aliquot eorù testimoniis fiet manifestum.*

*Exposit. fid.*

Justinus Martyr, *Quum de Filio voces inter se contrarias audieris, conuenienter ea que dicuntur inter se collata distribue: siquid magnum*

&

et diuinum, natura diuina ascribens: si quid paruum et humanum, humana imputans. Sic uocum dissonantiam euitabis, qualibet natura, quod sibi proprium est, recipiente, &c.

Hilarius, Christus assumens carnis nostra fragilitatem, et manens suus atque noster, ita agit, orat, profitetur omnia illa quae nostra sunt, ut in illis etiam admisceat quae sua sunt: loquaturque in persona Christi, quae natus est et passus, interdum autem secundum Deum omnis ei sermo sit.

In Psalms.  
54.

Augustinus. Quae de Filio Dei dicuntur, uidentur secundum quid dicantur.

Ep. 102.

Idem, Nemo ascendit in caelum, &c. Ioan. 3. Haec unitas personae Christi, sic ex utraque natura constat, ut qualibet earum, uocabulum etiam alteri impertiat. Item: Quid, et propter quid, et secundum quid dicatur, prudens, et pius lector intelliget, &c.

De Trin. & Vnit. D. c. 6. Contr. serm. mon. Arrian. De Trin. l. i. c. 13.

Cyrillus, Quae de Christo scribuntur, sic intelligenda sunt, ut nec quae Deitati conueniunt, humanitati eius attribuantur: nec quae humanitatis propria sunt, ad Deitatem torqueantur.

In Thesa.

Theodoretus, Quum de naturis loquimur, cuique conuenientia tribuenda sunt, et sciendum est, quae sint deitatis, et quae humanitatis propria. Quum autem de persona loquimur, oportet ea communia facere quae sunt naturarum propria, et utraque Seruatori Christo tribuenda sunt, et unus idemque Deus et homo appellandus, Filius Dei, et Filius hominis, &c. Sciendum est quod unio communia facit nomina.

Contr. Nestor. Dial. l. 2. 3.

Idem: *Propria naturarum facta sunt cōmunia persona propter unionem: quia idem est Filius Dei, & Filius hominis: Aternus & recens.*

Idem: *Communio nominum non facit confusio- nem naturarum. Nemo ascendit in cælū, & c. Hæc & similia dicta intelligenda sunt per cōmu- nicationem idiomatum, propter duarum naturarū unionē, ut quum dicimus, Christū habitare in cor- dibus fidelium, & c. quia sicut nature unite sunt, ita etiam naturarum attributa permutantur.*

Demonst.  
Euang. 1.  
10. c. i.

Eusebius, *Quacunque de illo humiliter abie- ctiusque dici videbuntur, illa spectare agrū Dei qui tollit peccatum mundi, corpusque illud huma- num meminisse oportebit.*

Hæc tantum delibauimus, ex quibus satis perspicuum esse potest, quidnā Scholastici & veteres intelligant hoc loquendi genere: κοινωία ἢ ἰδιωματων. Nempe hunc esse mo- rem Scripturæ, ut sæpenumero id dicat de ipsa persona Christi, quod alterius tantum naturæ est proprium, idque propter unionē hypostaticam, ne quis fortè ex locis Scriptu- ræ malè intellectis, naturas vel confundat, vel diuellat. Itaque illi ipsi veteres dū suam sententiam explicant, usurpant hæc vocabu- la, *Voces, Dicuntur, Sermo, Vocabulum, Nomi- na: & consimilia.* Sic Nazianzenus dicit, ἐπί ζευξιν ὀνομάτων. Et Theodoretus, κοινωίαν ὀνο- μάτων, & c. Atque illi omnes hanc communi- cationē ipsi personæ cōstater tribuūt, quod in hac quæstione imprimis obseruādū est.  
At

At illi qui dogma Omnipræsentia, siue Vbi-  
 quitatis tuentur, primùm affirmât, Com-  
 munionem proprietatû esse realem, hoc est,  
 essentialem ( quicquid tandem prætexant )  
 eamque, non in persona, sed in ipsis naturis  
 cõsiderant. Deindè, verbo *Communicari*, in-  
 telligunt, commune fieri. Postremò commu-  
 nicationē transitiuē acceptam statuunt tan-  
 tû ex parte Deitatis cõmunicâtis: quo sensu  
 nunquã veteres loquuti sunt, & quod caput  
 est, nihil tale extat in Scriptura. Quare, ad-  
 uersus illa omnia nûc nobis disputandû est.

Sed antequam vltèrius progrediar, quia  
 plerique ex illis, vocabulum, *Essentiale*, refu-  
 giunt, & contendunt sic realè esse cõmunicã-  
 tionē, vt sit verã quidè, sed non essentialis.  
 Vno verbo refellendi sunt. Etenim satis cõ-  
 stat, Reale non tantùm opponi cõmentitio,  
 sed etiã pro naturã rei, de qua agitur, necessã-  
 riò intelligèdû esse. Quòd si quis Reale, sine  
 Re, cõsideret, ille meritò dici possèt sine rã-  
 tione ratiocinari. Proprietates autè Diuinæ  
 nature, de quibus hîc agitur, sunt ipsa Deita-  
 tis essentia, adeòq; ipsa Deitas: quia nihil ac-  
 cidit Deitati. In hac ergo quæstione, Reale  
 idè est, quod verû & essentialè: & Realitèr,  
 idè quod verè & essentialitèr, nec vlla subter-  
 fugia quæri possunt. Quid est enim cõmuni-  
 catio Realis, nisi vera ipsius rei communi-  
 catio? Atqui ipsa res, hoc est, Deitatis pro-  
 prietates, sunt ipsa essentia, vt dictum est,

*Quantum  
 dissent Vbi-  
 quit. patro-  
 ni à senten-  
 tia Veteru.*

*Respon-  
 sio qua distin-  
 gunt Realè  
 ab essentia-  
 li in hac  
 quæstione  
 refellitur.*

Ergo Realis communicatio proprietatum diuinæ naturæ, est ipsius essentiæ diuinæ cōmunicatio. Porrò, quæadmodum distinctio naturarum & proprietatum vtriusque naturæ dicitur Realis, hoc est, essentialis, ita quæ dicitur, Realis proprietatum cōmunicatio, perinde est, vt si essentialis proprietatū cōmunicatio diceretur. Vanum est igitur hoc illorum effugium: Reale ab ipsis vsurpari, non pro essentiali, sed prout opponitur cōmentitio. Semper enim quærendum est, quænam sit illa veritas de qua agitur. Rectè enim philosophi docent τὸ ὄν & τὸ ἀληθές ἐν τῷ ἰσπρέπειν. Nam quod verum est in verbis, illud dicitur ὄν in rebus ipsis.

*Obiectio.*

At enim, inquiūt: Nōne personas Trinitatis realiter, at non essentialiter differre ὁμοδοξως dicimus. Sanè quidem: Id enim postulat eius rei, de qua agimus, natura. Nam

*Respons.*

in Trinitatis mysterio, persona non est essentia, sed aliquid in essentia per se subsistēs (de qua alibi fortasse dabitur copiosius differendi locus.) Quum igitur Res personę in mysterio Trinitatis nō sit essentia, certè ibi Realiter, non erit essentialiter. At longè secus de proprietatibus Deitatis statuendum est: quandoquidem proprietas Deitatis est ipsa Dei essentia, vt antè diximus, & omnes orthodoxi assentiuntur. Ex quo fit, vt Realitas diuinarū proprietatum sit ipsa diuina essentia: ac proinde realis proprietatū diui-

diuinarum communicatio sit ipsius Diuinæ  
essentiæ communicatio. Quare, si vi Realis  
illius cōmunicationis, velint corpus Christi  
dici Omnipræsens: velint igitur necesse est,  
corpus Christi dici essentiam Dei, & Deum  
ipsum: quod absit. Nec se profectò vllius di-  
finitionis clypeo tutari vnquam possint.

Sed iã refutemus hanc sententiam de Rea-  
li, hoc est, (vt ego interpretor, illis quidē re-  
pugnantibus, sed rationem, cur repugnent,  
non habentibus) essentiali cōmunicatione  
proprietas. Et quia maximè nititur hoc  
loquendi genere, quod fuit à veteribus &  
Scholasticis introductū, ( vt paulò antè di-  
ximus) hunc errorem illis eripiamus sequēti  
argumento.

*Aduersus  
Realē Pro-  
priet. Com-  
munic.*

*Qui vocabula & phrasēs veterum doctorum  
contra ipsorum sententiã vsurpant, illi ex suo com-  
mento, non autem ex veterum sententiã ratioci-  
nantur.*

*Qui per communicationem proprietatum in-  
telligunt Realem communicatione, qua proprie-  
tates deitatis verè & realiter communicantur  
humana nature, hac vocabula, & hanc phrasin  
à veteribus doctoribus propositam, contra ipso-  
rum sententiã vsurpant.*

*Quare illi ex suo commento, non autem ex ve-  
terum sententiã ratiocinantur.*

Maior est perspicua. Maiorem ipsi veteres  
suprà suis verbis confirmarunt, quibus suam  
explicarunt sententiã. Si quis autē aliquid

ꝛ Ioan. i.

præterea desideret: Quæro, an in his enūciatis, Dominus gloriæ fuit crucifixus, Deus suo sanguine acquisiuit Ecclesiam, Manus nostræ contrectauerunt Verbū vitæ, & consimilibus: quæro, inquam, an ex sententia veterum, loci illi sint exponendi per communicationem proprietatum, necne? Si forte quis id neget, negabit quoque sibi quicquam esse cum Veterum lectione cōmune. Si fateatur, ergo ex sententia Veterum, communicatio proprietatum nō est realis (vt isti quidē existimant) alioqui Deitas fuisset realiter crucifixa, haberet realiter sanguinē, esset realiter cōtrectabilis, & similia absurda, quæ piæ aures auersantur. Item sequitur Veteres ipsam communicationem proprietatum constituisse, non solum ex parte Deitatis, sed etiam ex parte humanæ naturæ: quū tamen isti communicationem proprietatū statuāt solū ex parte Deitatis cōmunicātis.

*Resp. patr.  
Vbiq. resel-  
litur.*

Respondent: Quum Deus dicitur crucifixus, esse quidem realem cōmunicationem, sed in Persona, non autem in Diuina natura. Ecquodnam est istud respondendi genus? Si est communicatio, quænam est natura communicans? (nam vocabulum illud actiue intelligūt). Non diuina: quæ nec mori potest, nec crucifigi: humana igitur. Cui porro humana natura communicat hanc suam proprietatem? non diuinæ: sibi igitur ipsi communicat: quod quàm absurdum sit, nemo

mo non videt. Communicatio illa realis est in persona, inquit. At hoc non est respondere (non enim hanc communicationem referunt ad *φράσην* explicandam, id quod Veteres fecerunt.) Quæro igitur: in persona Christi, cuiam humana natura realiter communicarit suam illam proprietatem, nepe fuisse crucifixam. Quod si dicant eam realiter communicari personæ ab humana natura, sibi contradicent. Nam sic illi ipsi nobis communionem proprietatum definiunt, ut fiat inter naturas ipsas, non inter naturam & personam. Huc igitur, velint, nolint, redeat necesse est: Si realiter Deus crucifixus non est, & dicitur crucifixus per communicationem idiomatum, hanc communicationem non esse realem. Sed ut hunc errorem de reali communicatione magis magisque refellamus, operæ pretium est ante oculos habere definitionem unionis personalis, Dei verbo fundatam, & ab omnibus orthodoxis *ὁμολογημένης* receptam, & ab ipsis Omnipresentiæ patronis non repudiatam: quam semper in hoc cursu *ἀνασκευαστικῆς* disputationis, tanquam Cynosuram nobis proponemus. Sic igitur Synodus Chalcedonensis,

*Sanctos itaque Patres sequentes, unum & eundem confitemur Iesum Christum, Filium Dei, Dominum & unigenitum, in duabus naturis, inconfuse, inconuertibiliter, indimulse,*

Definitio  
Unionis Personalis, huius disputationis Cynosura.

C iiij

& inseparabiliter manifestatum: haudquaquam differentia naturarum, propter unitatem, sublata, sed magis utriusque natura, in unâ personam, & unam hypostasim concurrentis, proprietate servata: non ut in duas personas bipartiatum, aut, diuidatur, sed ut sit unus & idem Filius unigenitus, Deus verbum, & Dominus noster Iesus Christus: sicut de illo olim Propheta vaticinati sunt, & ipse nos Christus instruxit, ac Patrum symbolum nobis tradidit.

Ex hac igitur firma, constantique Christianæ religionis veritate, errorem de diuinarum proprietatum reali communicatione, sic euertamus.



ADVERSUS REALEM PROPRIETATVM COMMUNICATIONEM.

ARGVMENTVM I.

Realspro-  
pr. commu-  
nic. refelli-  
bit.



IN ILLI quod eius rei de qua agitur natura repugnat, reale dici debet.

Communicatio proprietatum, quam isti proponunt, ipsius unionis hypostaticæ natura repugnat. hæc est enim natura unionis hypostaticæ, ut utrique naturæ seruentur suæ proprietates, quemadmodum proximè Synodum affirmantem audiuiamus. Proprium

prium autem seruari & proprium commun-  
nicari, ἀντιφαινωδς dicitur.)

*Quare communicatio proprietatum, quam isti  
introducunt, in vnione hypostatica realis dici nō  
potest.*

I I.

*Nihil quod est essentia Diuina, rei creatæ cō-  
municari potest.*

*Omnipræsencia est essentia Diuina.*

*Quare non potest cōmunicari rei creatæ: cor-  
pus autem Christi creatum est.*

Respondent: Corpus Christi non esse om-  
nipræsens essentialiter, sed communicati-  
uè: quæ quidem responsio principium petit:  
semper enim manet ipsa communicatio, &  
perinde est vt si dicant, proprietates com-  
municari, quia proprietates communican-  
tur. Item: est ἀδελοςχη: idem est enim ac si di-  
cant, communicari cōmunicatiuè. Denique  
hoc est ἀούσατον, Essentiam communicari,  
sed non essentialiter. Quare ista responsio, &  
aliæ consimiles sunt vanissimæ, nec ad rem,  
de qua agitur, quicquam faciūt. Sed (vt quod  
verum est dicam) aërem tantum verberant.

*Respons.  
patr. Ubique  
refellitur.*

I I I.

*Si Deus dicitur esse ubique quia omnia con-  
tinet, fouet, sustentat (est enim creator) & cor-  
pus Christi non omnia continet, fouet, sustentat,  
(est enim creatura) Ergo omnipræsencia diuina  
non potest communicari corpori Christi.*

## IIII.

Si corpori Christi realiter communicatur, ut sit ubique præsens, illa omnipræsencia, aut est corporalis, aut spiritualis: Non est corporalis, illis ipsis assentientibus, quia non videtur corpus, nec tangitur, nec corpus Christi deposuit hanc proprietatem: ex his verbis, *Contrectate me, & videte, inquit, Non est spiritualis, quia corpus non magis potest esse realiter præsens præsencia spirituali, quam spiritus potest esse realiter præsens, præsencia corporali.*

## V.

Nihil quod est aeterna essentia, potest alicui realiter accidere.

Omnipræsencia est aeterna essentia.

Quare, non potest alicui realiter accidere. Accideret autem corpori Christi, si illi realiter communicaretur ut esset omnipræsens. Hoc enim non est de essentia corporis, id quod non negant.

## VI.

Si realis est communicatio proprietatum. Ergo illi dicunt pugnancia: quippe qui negēt, omnes divinae naturae proprietates communicari humanae naturae, ne scilicet cogantur statuere aeternitatem corporis Christi.

Consequentiam sic confirmo: si realiter communicantur proprietates: ergo omnes: quia Deitatis proprietates sunt realiter indivisibiles, & inseparabiles: sunt enim ipsa essentia, ut antè dictum est. Itē: quia ὁ λόγος se totum

totū realiter vniuit cum humana natura, v-  
nionem hypostatica, propter quam vnionem  
isti volunt communicatas esse proprietates.  
Sunt igitur omnes cōmunicatæ, aut, non ea  
vis est vnionis hypostaticæ, vt realiter com-  
municētur proprietates: nisi fortè velint τὸν  
λόγον diuidere. Amplius: Quia dari non po-  
test ratio, cur Deitatis proprietates quędam  
fuerint cōmunicatæ, quędam verò non fue-  
rint. Nam si dicant humanæ naturę repugna-  
re, vt sit æterna, hoc est, creata simul & in-  
creata: obiiicio, non minus repugnare, illam  
ipsam naturam esse realiter & actu finitam  
simul & infinitam.

VII.

*Si realis est communicatio proprietatum: Ergo  
illi rursus à se ipsis dissentiunt: quandoquidem in  
explicando suo dogmate affirmant, vnionem hy-  
postaticam fieri, seruata vtriusque natura pro-  
prietate. Consequentia patet hoc syllogismo*  
ἀπαγωγή.

*Quum vnius naturæ proprietas alteri naturæ  
realiter communicatur, non seruatur vtriusque  
naturæ proprietas. Nam, obsecro te, quid est  
Proprietas? quid est Seruari?*

*Quomodo SERVATVR & manet PRO-  
PRIVM, id quod fit COMMVNE?*

*In vnione hypostatica duarum naturarum in  
Christo, vnius naturæ Proprietas alteri naturæ  
realiter communicatur (vt illi dicunt:) seruata,  
inquiunt, vtriusq; naturæ proprietate.*

er, vt sit  
corpo-  
is ipsis  
ec tan-  
prietat-  
ere, in-  
magis  
rituali,  
rasen-

alicui

re. Ac-  
realiter  
s. Hoc  
d quod

m. Er-  
omnes  
humana-  
ternita-

realiter  
omnes:  
alter in-  
enim ipsa  
a dicitur: se  
torum



*Quare, ex ipsorum sententia, in unione hypostatica duarum naturarum in Christo, non seruetur vtriusque naturæ proprietates, seruata vtriusque naturæ proprietate, hoc est, ipsum non est ipsum.*

## VIII.

*Si realis est communicatio proprietatum, sequitur naturarum in Christo exæquatio, & confusio, quod absit. Consequentia patet ex ratione confusionis, quæ fit, quum res duæ, vel plures, earumque proprietates communicantur, hoc est, communes fiunt. Loquimur enim de proprietatibus siue (vt nonnulli malunt) conditionibus essentialibus, quæ quidem si communes fiunt, proculdubio ipsæ quoque naturæ communes erunt. Quod, quum fit, tunc emergit aliquid tertium ex rerum illarum communicatione compositum: atque id in Christo est *ἀδύνατον*. Neque hic mihi respōdeant, humanam naturam esse exæquatam, non *ἑσῖα* ipsius humanæ naturæ, sed *ἐξ ἑσῖα*, quæ ab ipsa Deitate accepit. Nam primum, hoc nihil est aliud quàm suam sententiam aliis verbis exprimere. Deinde, cum nomine *ἐξ ἑσῖα* intelligant omnipotentiam, & omnipotentia Diuina sit ipsa Deitas, propter simplicissimam essentiam, certè si caro exæquatur in *ἐξ ἑσῖα*, exæquabitur & in *ἑσῖα*.*

*Resp. patr.  
Vbiq. refel-  
litur.*

Respondent, non fieri exæquationem, quia natura humana nõ id habet à se, vt sit omnipræfens. At hoc non est respondere. Nam vt ali-

vt aliquid cum alio exæquetur, necesse est: id ex se, & per se, non esse æquale ei quicum exæquatur. Itaque se ipsi fallunt, qui opponant cōmunicationem exæquationi, & confusioni, quæ sine cōmunicatione fieri non potest. Nec vquam auditum est, ea quæ sunt exæquata, exæquari, vel quæ sunt cōfusa, cōfundi. Sed quæ in se, & per se distincta sunt, solent per realem istam cōmunicationem confundi: id quod in hydromelite perspicuum est.

## I X.

*Si realis est proprietatum cōmunicatio qualem introducunt: Est igitur inutilis ea doctrina quam orthodoxi omnes a primis vsque Ecclesie Christiane temporibus semper amplexi sunt, de donis in humanam Christi naturam collatis.*

Consequentia patet, quum enim statim ab ipsa conceptione realis illa cōmunicatio facta fuerit, vt illi quidem tradunt, quid opus erat humanam naturam Christi, finita quadam gloria, creatisque donis illustrari, si aliunde, id est ex reali proprietatum cōmunicatione, illa ipsa natura humana omnia inest, atque infinita gloria excellere? Itē: quum satis constet, finita illa, creataque dona tēporis progressu in carnem Christi collata esse (nec enim impassibilitatem, immortalitatem, & alias gloriosi corporis qualitates ante resurrectionem Actu habuit) quomodo stare poterit hoc loquendi genus,

hypo-  
serua  
rius-  
on est

m, se  
con-  
atio-  
plu-  
atur,  
enim

unt)  
m si  
que  
it, tū  
arum  
id in  
respō  
tam,  
sola,  
nium,  
am a-  
omine  
& om-

ropter  
ro exæ-  
si q.

ne, quia  
it omni-  
re. Nam  
vt ali-

re. Nam  
vt ali-

Christi corpus habuisse realiter omnia statim ab initio, & illud ipsum corpus quędam progressu temporis accepisse?

X.

*Si realis est communicatio proprietatum, & Deitas realiter communicat suas proprietates humana nature: Ergo humana natura realiter est Deus. ἀδὲ ὡς τὸν.* Consequentia patet ex eo quod iam sæpe à nobis dictum est, videlicet, proprietates diuinę naturę esse ipsum Deum. Etenim Dei esse, & essetia, idem est: ad eò vt maiestas, omnipotentia, eternitas, in finitas, omnipręsentia Dei, sint ipse Deus.

X I.

*Si realis est communicatio proprietatum: Ergo iam non sunt proprietates.* Cõsequetia patet ex ratione Proprij cui opponitur Cõmune.

*Responsio  
patronorũ  
Vbiq̃uitatis  
cessatur.*

Sunt qui respondent, non communicari alteri, quia humana natura non est alter, sed altera, quippe quũ sola non constituat personam. Quam responsionem ita refello. Si est altera, est igitur aliud quippiam. Recte enim Doctores Theologi ita de mysterio vnionis hypostaticę loquuti sunt: In Christo esse Aliud & Aliud: sed non Alium & Aliũ. Quare hæc propositio vera est, Christus est vnus: hæc verò falsa, Christus est vnum. Est enim vnus Christus Deus & homo, Dei & hominũ mediator. Proinde ista responsio non tollit superius incõmodũ. Nec enim est Propriũ quod est cũ alio cõmune, quodcun- que

que tandem illud fit. Hoc ergo sine cōtradictione dici non potest. Proprietas cōmunis facta. Nā si Proprietas est, nō est Cōmunis. Si communis est, non iā est proprietas. Neque profectō possunt vlla diuerticula excogitari.

At enim, inquit, Proprietates Deitatis nō sunt planè communes cum humana natura: quia hęc illas non habet proprio iure & ex se. Quæ quidem responsio perinde est vt si quis diuitias, quas antea proprias habuit, cū alio communicet: ac tum neget, communes esse planè factas: propterea quod alter ille quicum sunt communicatæ, non eas habet à se ipso, sed aliunde accepit. Præclarum, scilicet, respondendi genus: hoc enim est planè ἀσύστατον, & quod non modò non cōprehēdi animo: sed ne cogitatione quidem attingi potest, proprium vnus alteri non planè cōmunicari, quia non est huiusce alterius proprium. Atqui si propriū est vnus, & manet proprium, non potest igitur communicari alteri. Rursus si alter ille haberet proprium à se, & ex se, quomodo illi communicaretur id quod iam haberet?

## XII.

*Si realis est proprietatum communicatio, ac propterea corpus Christi accepit à λόγῳ vt sit omnipresens, & ubique: Ergo sunt duo infinita, vnum dans, & alterum, accipiens. ἀδύνατον.*

Consequētia est in promptu. Nam ὁ λόγος

qui est omnipræsens, dat humanæ naturæ vñ sit quoque realiter omnipræsens (quemadmodum illi volunt) & ὁ λόγος non est natura humana, & ea vicissim non est λόγος: sunt enim duæ naturæ in vna persona quæ Christus est, eæ démque inter se distinctæ. Itaque nouum hoc est, & hæcenus inauditum: Duas naturas & essétias inter se distinctas, esse infinitas. Item: Aliquid accipere posse vt infinitum sit. Eligant igitur ex his duobus vtrũ velint, vnũne esse infinitum, an duo? Si velint Deitatem, & corpus Christi esse duo infinita: neutrum igitur est infinitum, idque ex ratione infiniti: quia alterum altero finiretur. Sin autem malint Deitatem & corpus Christi esse vnum infinitum, idque realiter: corpus igitur Christi est Deus (Absit verbo blasphemia.) Item: Falsum est igitur quod dicunt, Deitatem dare, & corpus accipere, quia dans, & accipiens non vnum sunt, alioqui aut Deitas sibi daret, aut corpus acciperet à seipso. αὐδὴ αὐτον. Quòd si, ab ipsa ratione conuicti, dicant, vnum esse infinitum, quia est vna persona Christi: Ergo Omnipræsentia & Vbiquitas nõ est tribuenda humanæ naturæ, in Abstracto: sed ipsi personæ, in Concreto. Atque ita tollitur corporis, siue humanæ naturæ Omnipræsentia.

## XIII.

*Si realis est proprietatum communicatio, & ea sit vñ unionis hypostatica, vt voluit, et go humana natu-*

*na natura, suas etiam proprietates realiter com-  
municabit Deitati. ad dicitur.*

Consequentia patet: Quia non minus realiter humana natura vnitur Deitati, quam Deitas humanae naturæ. Falsitas consequentis perspicua est: Sequeretur enim, Deitatem fuisse creatam, finitam, & cætera absurdissima.

Respondent: Naturas non esse æquales: naturam enim Diuinam assumere, & humanam assumi: ac proinde hanc esse rationem vnionis hypostaticæ, vt Diuina det, humana verò natura accipiat. Quam responsionem sic ego redarguo. Naturarum inæqualitas nõ facit inæqualem vnionem, alioqui sequeretur, Filium hominis esse minus Filium Dei, quã Filius Dei sit Filius hominis. Ex quo nõ cessariò persona ipsa diuelleretur. *ad dicitur.*

Amplius: Hæc responsio contradictione implicat: dicit enim, Naturam diuinam assumere, & humanam assumi à diuina: ita tamẽ vt humana natura tantum accipiat. Verum enim uerò, quã fieri potest vt Deitas assumens nihil accipiat & sit assumens nihil sumendo? Assumpsit, inquis, naturam humanam. Rectè id quidem: sed potestne esse humana natura sine suis conditionibus essentialibus? hinc enim de donis habitualibus in humanam naturam collatis disputo, nec intelligo Deitatem ipsam in se factam esse auctorem: sed Vnionem hypostaticam considero,

D j

*Resp. Patet  
Vbiq. refertur  
liur.*

*Hic  
Ibidem  
Ibidem*

*non*



in qua λόγος dicitur accipere id quod sibi τῆ ἀρχῆ τὴν vnit, vt propterea Christus dicatur Θεὸς ἀνθρώπος. Quū ergo nulla natura sine suis essentialibus cōditionibus & proprietatibus constare possit: certè, si λόγος assumpsit humanam naturā, nec assumpsit ipsius proprietates essentielles: Assumpsit igitur naturam nō naturam ἀδύατον. Quòd si proprietates humanæ naturæ essentielles assumpsit, accipit igitur: idque vi vocabuli. Sola igitur humana natura non accipit.

Denique hæc responsio manifestis hisce scripturæ locis repugnat. Filius participauit carnē & sanguinē, inquit Apostolus: & alibi: Nō assumpsit semē Angelorū, sed assumpsit semē Abrahami. Itē: Exinaniuit semetipsum forma serui accepta: & si qui sunt cōsimiles. Quare, hæc responsio non est Theologica, quippe sacræ scripturæ repugnans.

## XIIII.

Si detur locus reali isti proprietatū cōmunicationi: quæro, quomodo ὁ λόγος assumpserit finitam naturam humanam, si vis vnionis hypostaticæ infinita euasit? hoc est, si infinita est eo ipso, quòd assumpta fuit. Etenim nō fuit antequam assumeretur: loquor enim, nō de humana natura καθόλου, sed de hac humana natura, & de hac carne, nēpe Christi, quæ est τόδε τι, quæ profectò nunquam fuit actū finita, si realem istam cōmunicationem semel recipiamus.

Si realis est proprietatum cōmunicatio, reuocandi sunt igitur Eutychiani & Monothelitæ, quos tamen pij maiores nostri iam pridē eiecerūt. Cōsequētia patet: Nā illorū errores huiusmodi fundamēto nitebantur.

Illi verò, vt sese expediāt ex tot incōmodis, solēt istud effugium captare: Nempe, In Christo essentielles proprietates vnus naturæ nō fieri alterius naturæ essentielles proprietates, quēadmodū veteres illi hēretici proponebāt, (inquiūt.) Qua respōsione nō tolli superiora incōmoda, sic ego paucis demōstro.

Vnius rei essentielles proprietates, fieri essentielles proprietates rei alterius: nō modò non priscis illis hēreticis, sed nemini vnquā in mentem venire possit: est enim *ἀσύστατον* & *ἀντιφατικόν*: ac proinde non debuit poni pro vno mēbro distinctionis, nec assignari pro ratione differentiæ. Nā sequeretur, aut aliquid actu & realiter esse sine suis essentialibus proprietatibus, hoc est, esse, & non esse: aut aliquid quod iā erat fieri, hoc est, idē esse aduētitiū & essenziale simul. Vtrumque absurdissimū. Hoc igitur loquēdi genus stare nō potest, Proprietates essentielles vnus, fieri proprietates essentielles alterius: nō magis quàm si quis dicat, idē esse simul & aliud: cōtra primarium hoc *ἀξίωμα*, *πάντες ἀπὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἢ ταυτὸ ἢ ἕτερον*. Quare ista negatio nihil aliud est, quàm Chimæricum aliquod somnium.

*Respons.  
patr. Vbiq;  
refellitur.*

Sed enim videamus quidnam effici possit hac negatiua responsione. Etenim obii-  
 cio, Proprietates diuinas si communicentur,  
 non iam esse proprietates propter *arricationem*  
 communis & proprii: (quemadmodum à  
 nobis supra expositum est. Sed cogor vim su-  
 perioris argumenti hîc repetere: ) Tu verò  
 sic respondes, essentiales proprietates Dei-  
 tatis, non fieri essentiales proprietates huma-  
 nâ naturâ. Atqui non propterea tollitur in-  
 commodum. Nam si quod mihi proprium  
 erat, tecum ego communicê, desinit esse mi-  
 hi proprium: nec propterea fit propriû tibi,  
 quia commune est, ac proinde nec tibi, nec  
 mihi propriû est. Item, quû obii-  
 cio, ex reali proprietatû cõmunicacione quam inuehis,  
 sequi rerum ipsarum confusionê, non te tua  
 isthâc responsio liberat. Nec enim, quod  
 nonnulli opinionis errore existimât, ad cõ-  
 fusionem requiritur, vt proprietates vnus rei,  
 fiat alterius rei proprietates (non enim fit cõ-  
 fusio quandiu manet proprium ) sed potius  
 quæ propria erant, confunduntur, & fiunt  
 propria tertiâ cuiusdam rei, quæ ex duabus  
 illis rebus cõfusus cõponitur. Sic in hydro-  
 melite proprietates mellis, nõ fit pprietas a-  
 que, nec cõtrâ: sed quæ fuerât mellis & aque  
 proprietates, fiunt proprietates ipsius hydro-  
 melitis. Sed de re apertissima nimis multa.

*Conclusio.*

Ex quibus omnibus perspicuû esse arbi-  
 tror, istud dogma de reali proprietatû diui-

narum

rum cōmunicatione, ita vt ab illis proponitur, nullo modo stare posse. Tot enim incōmoda circūuallāt, vt ex illis vix, ac ne vix quidē, nunquā emerferint. Quòd si scripturā sequamur, dicemus in Christo esse verā & reā lē vnionē Diuinæ naturæ assumptis, cū humana naturā assumpta. Ac proinde naturales vtriusque naturæ proprietates esse in Christo verè & realiter vnitas, & hāc esse verā & realē in Christo cōmunionē proprietatū. Itaque omnipræsentiā λόγος nō separatur à circumscriptione corporis: neque tamen ó λόγος circumscribitur. Et vicissim circumscriptio corporis non separatur ab omnipræsentiā λόγος: Neque tamē corpus fit omnipræsens.

Denique, alius error, quo, vt probēt omnipræsentiā corporis, dicūt λόγον exerere proprietates suas, In, Cum, & Per humanā naturā, ceu per instrumētū, paucis refellēdus est. Primūm, λόγος est æternus & infinitus, In, & Cum humana natura, propter vnionē personalē: sed non est æternus, & infinitus per humanā naturā: quod idem de Omnipræsentiā dicendū est: nempe, λόγον esse omnipræsentes, In, & Cum humana natura: sed non per humanā naturā. Hoc enim est non inexplicabile modò, verum etiam dictu horribile, humanā naturā quæ finita est, suisque dimensionibus circumscripta, esse instrumentum Diuinæ omnipræsentiæ & infinitatis. Rursus, quæro: Quod dixit Christus: *Ego & Pater v-*

*Refellitur error de carne Christi, quam volunt esse omnium affectionum esse λόγος instrumentum.*

Ioan. 10.

pos-  
a obii-  
entur,  
τιζαν  
dum. à  
vim su  
u verò  
Dei-  
huma  
ur in-  
orium  
e mi-  
i tibi,  
i, nec  
re realit  
uehis,  
te tua  
, quod  
ad cō-  
us rei,  
fit cō-  
potius  
& fiunt  
duabus  
hydro-  
rietas a-  
& aque  
us hydro  
multa.  
esse arbi-  
ratū diui-  
narum



num sumus, potestne cū humana natura cō-  
municari? Atqui ὁ λόγος, In carne, & cum car-  
ne, est Vnum cum Patre, & ipsa caro Chri-  
sti hoc pronuntiauit. Fateor quidē omnia ad  
opus Redemptionis pertinentia facta esse à  
λόγῳ, in carne, & cum carne: sed affirmo, nō  
omnia facta esse per carnem, ceu per instru-  
mentum. Multa certē ac præclara miracula  
Christus edidit, adhibita carne, tanquam in-  
strumēto (ex quo illud apud Veteres Hōmo  
tangit, Deus fanat) sed quum λόγος excitauit  
carnem suam à mortuis (quod miraculū mi-  
raculorum nonnulli meritò appellāt) id fe-  
cit quidē, In carne, & cum carne, quam nun-  
quam deseruit: sed non id fecit per carnem.

Aliud est enim percipere beneficiū, quam  
esse cōferendi ipsius beneficiij instrumētum.

Præterea, quid hoc ad Omnipræsentia? Hęc  
enim res omnes generaliter cōprehēdit, ne-  
que est peculiare illud Redēptionis opus.

Quinetiam, hoc modo, ἐνέργεια & ἐνέρη-  
μα confunduntur: contra naturam, adeo que  
contra Theologorum omnium sententiam.  
Opus enim Redemptionis, est ἐνέρημα &  
δοτέλεσμα: sed non est ἐνέργεια: quū sit po-  
tius ipsarum ἐνεργειῶν effectum. Omnipræ-  
sentiam verò esse ἐνέργειαν Deitatis, & quia  
Deus est Actus purissimus, esse ipsam Deita-  
tis εἶσαν, doctissimi quique Theologi con-  
stanter affirmant. Quomodo igitur erit ἐνέρ-  
ημα?

Itēmq;:

Itémque: si realiter communicatur *ἐνέργεια* Omnipræsentiæ, vt illi volunt, non sunt igitur naturarú in Christo diuersæ *ἐνέργειαι*: sed est tantum vna, diuersis modis cōsiderata: videlicet Essentialiter, respectu Deitatis, & cōmunicatiuè, respectu carnis. Quòd si ita est, iã sunt Monothelitæ ab inferis reuocandi: quorum errorem, hac imprimis ratione, Maiores nostri refutarunt: quòd vtraque natura in Christo habeat naturales ac peculiare suas *ἐνέργειας*, ad vnum *ἐνέργημα* concurrentes, pro cuiusque naturæ ratione.

Postremò, nomē instrumenti hîc vsurpatum repugnat Reali proprietatum communicationi ( aduersus quam proximè à nobis disputatū est. Quū enim duo sint instrumentorum genera: vnum: *παθητικόν* tantum: vt, ferrum. Alterum, quod propriam habet actionē: cuiusmodi est, Pastor Ecclesiæ prædicans Euangelium, vt credamus. Cuiam, obsecro, instrumentorum generi Realem istam communicationem tribuemus? Nec enim faber, in opere faciendo, suam propriam actionem ferro communicat: Neque Deus actionē illam propriam, qua fidem in animis nostris ingenerat, cōmunicat cum ipso Ecclesiæ Pastore. Nemo enim non videt, Dei & Pastoris Ecclesiastici diuersas esse *ἐνέργειας* ad vnum *ἀποτέλεσμα* cōcurrentes. Quæ quum ita sint: superius illud enuntiatum, de *λόγῳ* suas *ἐνέργειας*, In, Cum, & Per humanam

naturam exerente, explodendum esse censemus. Cæterum, quæ negantur de Carne in Abstracto, minimè negantur de Homine in Concreto, propter ipsam personæ significationem: vt sæpe à nobis dictum est. Ac de illis quidem erroribus, hæctenus.

Sed iam accedamus ad eorum distinctiones, quarum ope sperat in primis se *ἀντιφάσεις* à nobis obiectas posse facile vitare.

Quoniã autè hinc arcessunt suas omnes distinctiones, quòd tribus modis humana Christi natura consideranda sit: primùm omniùm, cequãvim istud habeat, nobis dispiciendũ est.

*De triplici  
consideratione  
corporeis  
Christi,*

Triplex est humanæ naturæ Christi consideratio, inquit, secundùm ipsam naturã, secundùm glorificationem, secundùm maiestatem quam habet vi vnionis hypostaticæ. Quam quidem diuisionem sic ego redarguo.

*Errores superiores diuisionis.*

Primùm ex hoc axioma rectè differèdi. *Omnes distinctiones, in quibus est petitio principij, vitiose sunt.* Iam inter nos quæritur, an vi vnionis hypostaticæ humana natura habeat illam maiestatem quam proponunt. Ecce autem, maiestatem numerant pro vno mēbro suæ diuisionis. Sit igitur hic primus error.

Secundus error, idèmq; nō minor superiore, quòd aberrant à proposito. Quæro enim, num idè sit cōsiderare humanã naturã Christi, & cōsiderare ipsius Christi personã. Negabunt. Atenim quū in illo ipso tertio modo dicunt, se cōsiderare humanã naturam Christi

Christi secundum maiestatem quam accepit ab unione hypostatice: non considerant naturam tantum, sed personam. Considerant enim naturam unitam τῷ λόγῳ: ac propterea personam ipsam: ita fit, ut ex tribus modis, quos assignauerat, iam ad duos redierimus.

Teruus error: quum Maiestatem tribuunt humanæ naturæ: nunquam enim Scriptura Maiestatem tribuit humanæ naturæ in Abstracto, sed semper eam tribuit Personæ in Concreto. Nobis autem Christianis cum Scriptura loquendum est. Semper autem meminerimus, humanam naturam esse plenam omni Maiestate: nempe quatenus ipsius naturæ conditio & veritas ferre potest.

Quartus error: (ne plerosque alios curiosius scrutari videar) quia Maiestatem humanæ naturæ distinguunt à glorificatione, atque ita dissentiunt ab Apostolo, qui, quum maiestatem Christi nobis describit (idque de persona loquens in Concreto, non, ut isti solent, in Abstracto) profert ipsam glorificationem (quod postea suo loco copiosius Phil. 2. explicabitur) Propterea, inquit, Deus eum summè exaltauit, & ei dedit nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiū, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur Iesum Christum esse Dominum in gloria Dei patris. Hæc Apostolus, superiorem distinctionem, seu potius distractionem refelens. Sed iam ordine recenseamus illorum



I. DISTINCTIO PER SE

& κατ' ἄλλο.

Refutatio  
distinctio-  
nis, hoc est,  
columna in  
Vbi quita-  
tis.

**A**NTEQUAM speciatim hanc ex-  
cutio: sic generaliter insequen-  
tes omnes illarū distinctiones,  
ratiocinor.

ARGUMENTVM I.

Generalis  
refutatio 4.  
argumētū.

*Nulla distinctiones quæ tollunt ipsa subiecta,  
inter quæ distinguere videntur, sunt Theologica:  
ac ne distinctiones quidem.*

*Sequentes distinctiones ad confirmandam cor-  
poris Christi omnipræsentiam adhibita, tollunt  
ipsa subiecta inter quæ distinguere videntur.*

*Non sunt igitur Theologica distinctiones, ac  
ne distinctiones quidem.*

Maiores satis est perspicua. Nam ipsa sub-  
iecta sunt fundamenta distinctionum: quod  
si illa euertantur: hæc stare non poterunt. Et-  
enim si velis vnum ab altero distinguere, &  
vtrunque tollis: obsecro te, quidnam distin-  
guis?

Minor ita probatur. Eò spectant sequen-  
tes distinctiones, vt nobis persuadent, cor-  
pus Christi esse omnipræsens vi vnionis hy-  
postatica: à qua id acceperit. Ego verò affir-  
mo ita tolli vtriusque naturæ veritatem: li-  
cet,

cet, fat scio, nihil tale cogitent, qui ita distin-  
guunt. Ratio est, Quia si corpus est omni-  
præfens, iam non est corpus: quia hoc est de  
ratione corporis vt sit finitum, & circumscri-  
ptum certis dimensionibus. Rursus, hoc est  
de ratione Deitatis, vt essentialis eius pro-  
prietas (quæ est ipsa essentia) nulli rei crea-  
tæ communicetur. Id quod tamen tollitur  
istis distinctionibus. Vtriusque rei veritas  
ex superioribus patet.

ARGVMENTVM II.

Item, *Nulla distinctiones quæ inferunt con-  
tradictionem, recipiendæ sunt.*

*Sequentes distinctiones sunt eiusmodi.*

*Non igitur recipiendæ.*

Minor probatur. Quia hoc volunt effice-  
re, vt corpus realiter & simul sit finitum &  
infini- tum.

ARGVMENTVM III.

*Nulla distinctiones quæ sunt inexplicabiles,  
habendæ sunt pro distinctionibus.* Adhibentur  
enim distinctiones vt rebus lucem afferant,  
& ea quæ alioqui difficiliora videbâtur, red-  
dantur faciliora.

*Sequentes distinctiones sunt inexplicabi-  
les (id quod res ipsa manifestum faciet.)*

*Quare non sunt habendæ pro distinctionibus.*

ARGVMENTVM IIII.

Amplius, *Nulla distinctiones quæ id volunt*

lamus



SE

nc ex-  
quen-  
tiones,

iecta,  
logica:

am cor  
collunt  
tur.

nes, ac

sa sub-

quod  
unt. Et  
uere, &  
in distin

sequen-  
ant, cor-  
tionis hy  
vero affir  
tatem: li-  
cet,



efficere cuius contrarium manifestè extat in Scriptura: sunt Theologica. Sequentes distinctiones id volunt efficere, cuius contrarium manifestè extat in Scriptura (nempe corpus Christi esse vbique: cui tum historia Euangelica, tum omnia scripta Apostolorum contradicunt: vt perspicuum fuit ex Scripturæ locis suprâ citatis.)

Quare, sequentes distinctiones non sunt Theologica. Sed hæc hæctenus. Nam id quod dicimus, faciliùs etiamnum perspicietur singulis distinctionibus refellendis.

Refutat. pri-  
ma distin-  
ctionis.

Hæc est igitur prima distinctio: Corpus Christi esse quidem finitum & circumscriptum, per se, sed esse omnipræsens & vbique κατ' ἄλλο, hoc est, secundùm aliud: quia hoc habet, non à natura corporis, sed ab vnione hypostatica, per quam τὸ λόγω unitum est. λόγος autem est omnipræsens, & cōmunicat corpori, vt sit quoque omnipræsens. Aliud est enim (inquiūt) quærere, quid corpus per se sit, adeoque permaneat in vnione personali. Aliud, quærere quid hæc ipsa assumpta natura facta sit, & quantam maiestatem fuerit consecuta per vnionē hypostaticam. Hæc illi. Nos autem huiusce distinctionis errores ita recensemus.

Primum, abutuntur hoc loquendi genere, nempe κατ' ἄλλο. cuius hic proprius est vsus, vt quoniam in Christo est Aliud & Aliud, ἄλλο καὶ ἄλλο. Theologis omnibus as-  
fen-

sentientibus, idcirco quum Christo hominī tribuuntur ea, quæ propriè Deitati conueniunt: & vicissim Christo Deo tribuuntur ea quæ humanæ naturæ conueniunt: ea intelligantur esse dicta κατ' ἄλλο: vt quum dicitur Filius hominis esse in cœlo, ratione τῷ λόγῳ assumptis, & Dominus gloriæ dicitur crucifixus, ratione humanæ naturæ assumptæ. Quare nouo modo hoc loquendi genus κατ' ἄλλο vsurpant.

Secūdus error, Petitio principij. Non enim quæritur inter nos an hoc sit humanæ naturæ proprium, vt vbique sit, & omnipræsens (écquis enim nescit, humanam naturam & humanum corpus non esse vbique, sed constare suis dimensionibus?) Sed quæritur: an humana natura assumpta à λόγῳ, sit vbique, quia δ λόγος est vbique. Illi verò ita distinguunt, humanam naturam, per se, non esse vbique, sed assumptam à λόγῳ vbique esse. Quod quidem nihil aliud est, quàm repetere id quod est in quæstione positum.

Tertius error: ἀντίφασις. Nam contradicit iis quæ illi ipsi proponunt, dum explicant vñionem personalem. Sic enim illi: *Realis, inquit, proprietatum communicatio facta est, seruata vtriusq; natura proprietate.* Ex quo sic ego ratiocinor. Si in vñione personali seruatur humanæ naturæ proprietate, Ergo corpus Christi non est vbique κατ' ἄλλο, vt quidem illi vsurpant hoc loquendi genus. Ec-

in Scri-  
ptiones  
esse ex-  
ti esse  
, tum  
dicunt:  
s supra

Theo  
d dici-  
ngulis

corpus  
scri-  
vbi-  
quia  
d ab v-  
vni-  
& cō-  
ipraz-  
quid  
at in v-  
id hæc  
uantam  
ionē hy  
ius ce di

di gene-  
prius est  
ud & A-  
nibus al-  
sen-

quid enim illis est istud Aliud? nōne est vnio personalis cū πρὸς λόγῳ? Certè. At illi ipsi fatètur, in vnione personali seruari humanæ naturæ proprietatem. Verbum autem Seruandi satis declarat, in ipsa vnione personali remanere vtriusque naturæ proprietates. Infert enim necessariò proprietates, & esse in naturis, & remanere in vnione personali. Nam hæc duo consideranda sunt Esse, & Seruari. In humana natura Per se considerata, est hæc proprietas, vt finita sit & circumscripta: In eadem natura considerata κατ' ἄλλο, nempe quatenus est vnita πρὸς λόγῳ vnione personali, SERVATVR illa ipsa proprietas, vt finita & circumscripta sit. Quòd si credamus huic distinctioni, hæc proprietates κατ' ἄλλο tollitur. Tolle verò & seruari dicuntur ἀντιφατικῶς.

Rursus: Si corpus Christi per se finitum est, adeoque permanet finitum in vnione personali (quod vtrunque nobis assentiuntur) certè corpus Christi non est factum infinitum ab vnione personali. Nam permanere finitum in vnione personali, & fieri infinitum ab vnione personali, dicuntur ἀντιφατικῶς: nec iam implorandum est auxiliū distinctionis Per se, & secundum Aliud: quandoquidem loquimur de corpore non quatenus est corpus, sed quatenus est in vnione personali. Denique ipsa ἀντίφρασις magis magisque fit perspicua, quàm ita distin-

stinguunt, Aliud esse quærere, Quid sit corpus per se, itémque quale permaneat in vnione personali, & quærere, Quid corpus factum sit per vnionem personalem. Quid enim obsecro te, significat factum esse? nam si factum est aliud quàm quod per se est. Ergo nõ remanet tale corpus quale per se est: aut si remanet tale, non factum est aliud. Sic igitur dicendum fuit, vt videaris aliquid dicere. Aliud esse quærere, quid corpus fuerit, & quid corpus sit: nec enim satis rectè hæc duo distinguuntur, quid sit, & quid factum sit. Iam si quæris quid fuerit corpus Christi, satis indicas te veritatem corporis Christi euertere.

Quartus error *ἀδολογία*. Quum enim obicimus: Si corpus Christi est omnipræsens, inde sequi vtriusque naturæ confusionem. Respondent illi, corpus non esse vbique, per se: quod idem est vt si dicant, Id quod seorsum est, non confundi. hoc est, id non confundi quod confusum non est. Nec enim id quod per se, & seorsum consideratur confundi potest eo respectu. Aliquid enim requiritur cum quo possit confundi. Quæ solutio si locum habeat, falsò igitur fuit damnatus Eutyches: quia nūquam dixit, Verbū, Per se, fuisse conuersum: Imò nihil vnquam confusum erit. Sic enim excipiam de mellicrato, mel per se non esse confusum. Atque ita de aliis. Ecquid enim vnquam per se confundi potest. Huc adde aliam

*ἀδολογίαν* : Caro Christi, inquit, non habet proprietates Deitatis per se: hoc est, naturā ipsa. Quod perinde est vt si dicas: vnam naturam per se non habere proprietates alterius naturæ: hoc est, idem esse idem: & non alterum. Item: humanam naturam, non esse non humanam naturam, quod distinguendi genus fateor mihi nouum videri.

Quintus error: quod ista distinctio sit *ἀσύστατος*: nec vnquam possit vel mente intelligi, vel vllis verbis explicari, ad eò sibi ipsi obest, & secum ipsa conflictatur. Ecquis enim vnquam istud assequi & intelligere possit, Corpus Christi per se esse finitum, manere finitum & fieri infinitum? Humana natura Christi, inquit, Per se non est omnipræsens. Ego verò quæro quidnam istud, Per se, significet. Nec enim inter nos controversum est, an humanum corpus, aut humana natura in specie considerata, sit vbique. Nec nostra hæc disputatio instituta est de corpore simpliciter, per se, & *καθόλου*, sed de corpore, & de humana natura Christi, quæ est *τόδε τι*. Queritur enim inter nos, an hoc indiuiduum, hoc corpus, hæc humana natura, nempe Christi, sit vbique, necne. Respondent non esse Per se. Si per se significat, sine *λόγῳ*, Istud per se nunquam fuit, nec vnquam erit, ac propterea non debuit poni in distinctione. Est enim ridiculum negare id esse  
vbi-

vbique quod nusquam est. Si Per se, significat naturalem proprietatem humanæ naturæ à λόγῳ assumptæ: Ergo humana natura à λόγῳ assumpta habet hanc naturalem proprietatem, vt non sit vbique, ac propterea non est omnipræsens vi vnionis hypostaticæ. Quid fiet igitur de posteriori distinctionis membro, nempe κατ' ἄλλο? Rursus si κατ' ἄλλο, hoc est, secundum vnionem hypostaticam, corpus Christi est vbique, vt volunt: & nunquã fuit Christi corpus nisi secundum vnionem hypostaticam, (alioqui nõ esset corpus Christi.) Ergo nunquam fuit corpus Christi quin esset vbique. Quid fiet igitur priori membro distinctionis, nẽpe Per se? Quare ecce tibi manca distinctio: quippe cuius alterum membrum resectum est: aut nulla potius, siquidẽ neutrum eius membrum in officio stare potest. Nã si dicant corpus quidẽ Christi nõquam fuisse sine vnione hypostatica, sed se nihilominus ita seorsum corporis naturam animo & metis discursu cõsiderare: Ergo corpus Christi nunquã fuit in sese finitum, & naturales corporis Christi proprietates nõ sunt, nec fuerunt Realiter & Actu in ipso Christi corpore, sed sunt tantum in eorum qui distingunt animis; & ita eorum mentis discursu, & cogitatione: quod est absurdissimũ. Denique si dicant Christi corpus non esse vbique per se, hoc est, ratione naturæ aliorum corporum humanorum: quæram an illa ratio humani

corporis sit in corpore Christi secundum unionem hypostaticam, necne. Si negent: Ergo Christi corpus non erit humanum corpus secundum unionem hypostaticam, quod incommodum omnes orthodoxi auersantur. Si fateantur humani corporis rationem esse in Christi corpore secundum unionem hypostaticam, nobis igitur redit superior nostra conclusio. Corpus Christi secundum unionem hypostaticam non esse omnipræsens, nec ubique.

Sextus error: Quia ut rectè usurpari possit istud κατ' ἄλλο, necesse est aliquid proponi in Cōcreto de ipsa Persona, ut: Scriptura dicit Christū fuisse antequam Abraham fieret: κατ' ἄλλο, hoc est, secundum diuinam naturam humanæ naturæ inseparabiliter unitam. Et vicissim dicit Deum acquisiuisse Ecclesiam suo sanguine, κατ' ἄλλο, nempe secundum humanam naturam τῷ λόγῳ inseparabiliter unitam. Sic plerique Theologi loquuntur, dum explicant κοινωγίαν τῆς ἰδιωμάτων. Sed quum dicis corpus Christi, iam in Abstracto loqueris.

Quamobrem ita in illos ipsos hanc distinctionem retorqueamus.

*Distinctio  
retorque-  
tur.*

Si corpus Christi non est ubique Per se (ut illi proponunt) & (si verè loquimur) tum demum natura humana Christi per se consideratur, quum de ea loquimur in Abstracto. Certè hæc propositio falsa est. Corpus, vel,

vel, humana natura Christi est omnipræsens: & ita de Persona in Concreto dicendū est. Christus est omnipræsens, Christus est vbique. Quemadmodum hoc enuntiatum verū est: Dominus gloriæ crucifixus est: sed κατ' ἄλλο propter humanam naturam. Sed hoc enūtiatum in Abstracto est falsum: Deitas fuit crucifixa. Quare semper in eiusmodi enuntiatis manendum est in Cōcreto, vt antè diximus.

II. DISTINCTIO

τῷ εἶναι & τῷ εἶχειν.

**R**ursum ita distinguūt. Corpus Christi non esse vbique τῷ εἶναι, sed esse vbique τῷ εἶχειν. Quod non ita intelligunt, vt humana Christi natura habeat præsentem Deitatem, quæ infinita est, & omnipræsens (hanc enim expositionem repudiant) sed quod ipsamet natura humana hoc acceperit & habeat, vt sit omnipræsens. Et hac quidem distinctione volunt superiorem illā illustrare. Sed certè non minoribus conflictatur in eodem modis: quæ paucis ego ita demonstro.

Refutatio  
2. Distinctionis.

Primum non satis propriè ita dicitur: Humanā naturam habere Omnipræsentiam, & ipsas Deitatis proprietates (nūc tantū exco-  
tio loquendi genus.) Quia nō satis rectè dicitur, humanā naturā habere Deitatē, siue Deitatis proprietates, quæ sunt ipsa Deitas: quæ

Ratio 1.



potius humana natura haberi ab ipso λόγῳ  
dicenda sit, quippe ab ipso assumpta.

Ratio. 2.

Deinde ut sit τὸ ἔχειν, necesse est manere  
τὸ εἶναι, hoc est, essentia, quæ ipsi habitui sub-  
sternatur, eoque vestiatur. At in hac distin-  
ctione, τὸ ἔχειν, tollit τὸ εἶναι. Nam ea est essen-  
tia corporis ut sit finitū, & habeat suas dimen-  
siones. quod si is est Habitus corporis Chri-  
sti, ut sit ubique. Ergo habitus tollit essen-  
tiam. Perinde est enim ac si dicat, Essentiam  
corporis Christi hoc habere ex vnione hy-  
postatica, ut nō sit corpus. Rursus, quia Ha-  
bitus nō potest esse sine Essentia: sublata Ef-  
sentia, tolletur quoque Habitus. Ac proinde  
ecce tibi tua distinctio quæ nec τὸ εἶναι ha-  
bet, nec τὸ ἔχειν. Etenim in ea proponitur  
Essentia quæ nō est Essentia, & Habitus qui  
non est Habitus. Quod differendi genus ne  
infimæ quidem scientiæ ferre possint, tantū  
abest ut in Theologia, scientiarum omnium  
regina, locum habere debeat.

Ratio. 3.

Præterea (id quod paulò antè copiosius à  
nobis dictum est) quum quæro, Sitne corpus  
Christi ubique: quæro de Essentia & Habi-  
tu simul. Non enim quæro de corpore hu-  
mano, in Specie, sed de hoc corpore, nēpe  
Christi, prædito suo τὸ εἶναι, & suo τὸ ἔχειν.

Si fateris hanc esse corporis Christi essen-  
tiam, ut habeat suas dimensiones, nec sit ubi-  
que: vndēnā gētium, obsecro, nobis aduehis  
istum habitum ἀντιπαριστῶς cum Essentiā re-  
pu-

pugnantem? Enimvero istud dici sine contradictione non potest: Corpus Christi, quatenus est corpus, habere suas dimensiones, sed quatenus unitū est τῷ λόγῳ, non habere. Nam idē est vt si dicas, Quatenus est corpus Christi, non esse corpus. Subiiciamus igitur oculis incommodum & ἀδύνατον, hoc modo.

Omne corpus terminatur suis dimensionibus, (quod non negant) Corpus Christi non terminatur suis dimensionibus: quia est infinitum, (vt proponunt) quatenus est unitum τῷ λόγῳ, hoc est, quatenus est corpus Christi.

Dist. 2. refellitur, ἐξ ἀπικαιμίας.

Quare, corpus Christi non est corpus, ac proinde, non est corpus Christi, quatenus est corpus Christi: hoc est, Ipsum non est ipsum. Mirā certē differēdi rationem, aut non rationem potius.

III. DISTINCTIO

φυσικὸν & ὑπερφυσικόν.

Sic etiā distinguūt: Corpus Christi physiciū nō esse vbiq̄ue: ὑπερφυσικὸν verò, esse. Quam distinctionem sic breuiter redarguo.

Dist. 3. refellitur.

Si corpus Christi non est vbiq̄ue naturā & essentiā ipsa: Ergo est vbiq̄ue per accidens, & vi consequentis, est Deus, non naturā, sed per accidens. ἀδύνατον. Nam, vt diximus, soli Deo conuenit vbiq̄ue esse.

Ratio 1.

Item: Siquid ita dicatur supra naturam, vt

Ratio 2.

E iij



naturam ipsam euertat, commodiùs appellabitur ἀντιφυσικόν, quàm ὑπερφυσικόν. Sed propria significatio τῆ ὑπερφυσικῆ non delet, sed potius exornat naturam. Sic quum ieiunus fuit Moses, nec vllum cibum sumpsit totos dies 40. & noctes totidem: hoc fuit supra naturam, sed ipsam naturam non deleuit, quin eam potius mirabiliter illustrauit. Idem dico de Christi ieiunio, & plerisque aliis consimilibus. Verumenimuerò corpus esse vbique, & esse infinitum, non est propriè supra naturam, sed contra naturam, quia naturam tollit, de cuius essentia est, habere proprias dimensiones & circumscriptum esse. Quod quàm alienum sit à vera distinctione, supra declarauimus.

Exod. 34.

Matth. 4.

Respons. pa  
rr. V big. re-  
felliur.

At enim, inquit, aliud est natura corporis, aliud modus præsentia ipsius corporis, qui quidem modus potest esse incircumscrip- tus, licet natura corporis circumscrip- ta maneat. Hæc illi: verum sic habeant: Nos agere de corpore Christi, quod est τὸ δῆρι, vt sæpè diximus, ac propterea actu existens. Ex quo efficitur, naturam corporis Christi sine modo præsentia, siue existentiæ ipsius corporis naturæ conuenienti considerari non posse. Nam si corpus est, est igitur quantum: ac proinde circumscrip- tum, neque potest actu existere sine modo præsentia. Et corpus præsens, hoc est, hîc vel illic

illic actu existens, non potest esse simul v-  
bique praesens: alioqui non erit praesen-  
tia corporis quanti, sed praesentia Dei in-  
finiti.

Sic porro nonnulli instant: corpus defi-  
niri posse nulla mentione facta loci: Respō  
deo non quæri inter nos, quomodo corpus  
definiatur: sed quomodo actu existat: vt antè  
dixi, quum definitio soleat inuestigare nudū  
& simplex τὸ τί ἦν εἶναι, detractis illis etiam  
proprietatibus quibus res actu existentes,  
& singularia ipsa necessariò vestiūtur. Quòd  
si valeat illud connexum quod proponunt,  
Locus non venit in definitionem corporis:  
Ergo corpus aliquod singulare ita potest a-  
ctu existere vt nō sit in loco: certè hoc quo-  
que connexum valebit: Tempus non venit  
in definitionem corporis: Ergo corpus ali-  
quod singulare ita potest actu existere, vt  
non sit in tempore. Absurdum & ἀδύνα-  
τον. Esset enim æternum. Verū enim ue-  
rò, licet quum corpus definiatur, non fiat  
expressa loci mentio: tamen non potest de-  
finiri sine mentione quantitatis, ipsarū-  
que dimensionum, ex quibus corpus con-  
stat, quatenus corpus est. Et rursus dimen-  
sio sine circumscriptione, ne intelligi qui-  
dem potest. Quo fit, vt dimensio tollat Vbi-  
quitatem, non autem simplex loci men-  
tio, quemadmodum isti existimant. Quid

E iiij

quòd natura incorporea, nisi sublata localitate, definiri non potest? Ex quo datur intelligi, rectinēdam esse localitatem ipsam, vt accuratè quid sit corpus intelligamus. Sed hæc de re copiosius agendum erit, quum aduersus Transsubstantiationem Pontificiam disseremus: cui proculdubio cum hoc dogmate de Omnipræsentia corporis multa sunt communia. Atque id vel ex eo perspicuum esse potest, quòd illa duo dogmata iisdem propemodū nitantur fundamentis, iisdem Scripturæ locis, iisdē ferè argumentis, & (vt alludamus ad genus loquēdi toties in hac disputatione nobis obiectum) mutuo sibi suas proprietates realiter communicent. Sudent enim Pontificij quantūuis licet, certè Trāssubstantiatio sine Vbiquitate corporis stare non potest: & vicissim Vbiquitas corporis non potest constitui, quin ipsæ rerum essentia evertantur: quæ est Transsubstantiationis proprietas. Sed iam alias distinctiones audiamus.

*Transsubstantiatio & Omnipræsentia corporis mutuo suas proprietates realiter sibi communicant.*

### III. DISTINCTIO

*ut huius & illius.*

*Dist. 4. refellitur.*

**D**istinguunt præterea in hunc modum, Omnipræsentia & Omnipotentia est quidem Deitatis *ut huius*: sed est etiā humanæ Christi naturæ *illius*. Quæ distinctio ab Iurisconsultis petita est, proprietatem rei ab usu-

vsu fructu distinguuntur: quantum autem sit aliena ab hac quaestione, ita paucis doceo.

Proprietas diuinæ naturæ, non est aliquid *Ratio 1.*  
aduentitium, & aliud ab ipsa Deitate, vt iam sæpe admonuimus: sed ipsa proprietas est essentia: adeo vt Deus non solum habeat omnipræsentiam, sed sit etiam ipsa omnipræsentia atque infinitas: quemadmodum ita est verax, vt sit ipsa veritas, ita æternus, vt sit ipsa æternitas. Longè aliud statuendum est de rebus creatis. Exempla gratia: qui aliquid habet seu possidet, non est illud ipsum quod possidet, ac propterea potest illud cum aliis communicare: neque tamen aliquid eius essentia ac naturæ decedet. Quare, hæc distinctio in rebus grauissimis adhibita, nullo modo earum vel dignitati vel naturæ respondet.

Item: Quia proprietas diuina est res simplicissima, in ea, non potest *Ratio 2.*  
distingui à rebus. Quare, si humana Christi natura habet vsum proprietatis diuinæ, habet igitur & *Ratio 1.*, quod absit.

Item: in rebus terrenis, sæpe qui proprietatem habet alicuius rei, eius vsum non habet: atque ad id significandum adhiberi solet hæc distinctio. At Deus amittere non potest vsum suæ omnipotentia & omnipræsentia. Sed de hac re, deque ista nõ Theologica, sed iuris ciuilibus distinctione, qua Cicero

locali,  
ur intel  
n, vt ac.  
Sed hac  
aduer  
iam dif  
logma  
ta sunt  
picuum  
iisdem  
iisdem  
is, & (vt  
hac di  
bi suas  
udent  
Tral-  
is stare  
corporis  
m essen  
tiatione  
ctiones

O

modum,  
entia est  
humana  
tio ab Lu-  
em rei ab  
vfu-

ro aliquando delectatus est, nimis iam multa, ne fortè res adeò dissimiles inter se comparantes, non modò ratiocinationis, sed etiam ipsius rationis, & κτήσιν & ζῴων ἀμισίσε videamur. Ceterum, si quis de ipso Christo dicat, eum semper gloriam & maiestatem habuisse κτήσεσ: quatenus est Deus: licet suam Maiestatem non semper exercuerit: ille verum quidem dixerit: sed nihil hoc faciet ad Ubiquitatem corporis Christi, de qua disputamus.

V. DISTINCTIONE PER APPARITIONEM ET  
PARITIONEM ET  
Disparitionem.

*Dist. 5. refellitur.*

QUVM vrgentur expressis Scripturæ locis, quibus Christus dicitur abire, redire, abesse, & quæ sunt eiusmodi: tum illi recurrunt ad hanc distinctionem: Apparitionis, & Disparitionis, quam quidem, omnium periculosissimam, ita refellimus.

*Ratio. 1.*

Sequeretur, Christum non ea verè & realiter fecisse, quæ Euangelica historia commemorat. Quod absit, ut vel cogitemus. Consequentia patet ex ipsis vocabulis. Nam quæro: quoties Scriptura narrat, Christum abfuisse à certis locis, estne illud verum, necne? Absit verò ut negent. Item quæro: sitne intelligendū de natura diuina, quæ ubique est, an de humana? Certè de humana: Concludo igitur, naturam humanam non realiter fuisse ubi-

se vbiq̄, quia repugnat, aliquid esse reali-  
 ter absens, & realiter præsens. Neque mihi  
 proferant vim vnionis hypostaticæ: quan-  
 doquidē Scriptura loquitur de Persona, nō  
 seorsum de humana natura. Sic enim scrip-  
 tum est: Iesus discessit, absuit, non præsens  
 aderat, & cetera eiusmodi. Nō autem ita: Hu-  
 mana natura discessit, absuit, non præsens a-  
 derat. Ex quo efficitur, humanam naturam  
 etiam cum ipso λόγῳ consideratam, nō esse  
 omnipræsentem. Nam si exponant, discessit,  
 hoc est, disparuit: accessit, hoc est, apparuit,  
 sic vrgebo. Verēne & realiter erat id quod  
 videbatur? Quod si omnino fatendum est,  
 semper nobis redit nostra conclusio. Nam  
 videri, & non esse: hoc tribuendum est hu-  
 manis commentis, non autem sanctissimæ  
 & certissimæ Scripturæ veritati: de qua sic a-  
 liquando Augustinus locutus est: Si dixerim-  
 us quia non erat tristis, cū Euangelium  
 dicat: Tristis est anima mea: Ergo, & quum  
 dicit Euangelium, dormiuit Iesus: non dor-  
 miuit Iesus: Et quum dicit Euangelium mā-  
 ducauit Iesus, non māducauit Iesus: surrepet  
 vermiculus putredinis, & nihil sanum relin-  
 quet, vt dicatur, quia & corpus non erat ve-  
 rum, & carnem veram non habuit. Quic-  
 quid ergo de illo scriptum est, fratres, fa-  
 ctum est: verum est. Hæc Augustinus.

IN Psal. 93.

DE VERITATE.  
6. DISTINCTIO PER  
Abdicationem.

Dis. 6. re-  
siliur.

QVIA discrimen adhibendum est inter tempus humiliationis Christi, & tempus ipsius glorificationis: ita rem definiunt, vt tempore humiliationis, humana Christi natura, quæ vi vnionis hypostaticæ habebat quidem omnipræsentiæ, omniscientiæ, omnipotentiam, tamen sese abdicauerit vsu diuinæ illius Maiestatis: atque ita dicatur adfuisse, abfuisse, & cætera eiusmodi. Quod quidem commentum de abdicatione esse vitiosissimum, ita confirmo.

Ratio. 1.

Philip. 2.

Primum manifestè repugnant Apostolo, quum dicunt, humanam naturam fuisse humiliatam. Sic enim Paulus, *Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, parem esse cum Deo: veruntamen seipsum exinaniuit, accepta forma serui, &c.* de quo loco infra plura dicturi sumus. Sed omnino cum Apostolus de ipso Christo in Cõereto loquutus sit: perperam isti dicunt in Abstracto, humanam Christi naturam sese humiliasse. Dicendum est igitur, τὸν λόγον seipsum exinaniuisse, non per se, sed ἡπεινάς, id est propter hypostaticè sibi vnitam carnem.

Ratio. 2.

Item: vocabulum Abdicandi non conuenit eorum sententiæ. Vt enim qui se Magistratu abdicauit, non modò non gerit magistratum, sed neque præditus est dignitate illius magistratus: Ita se humana natura Christi sese

sti sese abdicauit Omnipraesentia ad tēps, vt volunt, sequitur tunc temporis ipsam Omnipraesentiae auctoritatem in Christo non fuisse: quod tamē illi non assentiētur. Quinetiam si Omnipraesentia est effectum necessarium vnionis personalis: quemadmodum illi proponunt, non potest igitur esse addicatio Omnipraesentiae, quin sit quoque abdicatio vnionis: quod est ἀδύνατον.

Rursus, Abdicatio infert vsum ipsius rei Ratio. 3. antecessisse. At si Abdicatio omnipraesentiae refertur ad tempus humiliationis: & ipsa humiliatio consideratur à tempore cōceptionis, & ἐνσπύρωσεως vsque ad resurrectionis tēpus: quādo igitur fuit realis vsum Omnipraesentiae? Sic enim Paulus, *Exinaniuit semetipsum accepta forma serui*, & Iohannes, *Non dum*, inquit, *Christus erat glorificatus*. Ioan. 78 Atque omnino: cōcipi in vtero Virginis, repugnat Omnipraesentiae: quare si illos audimus, erit recurrendum ad Abdicationem: ex quo efficio: Vnionē hypostaticam & istam Abdicationē simul cōpisse: ac propterea fuisse Abdicationem, antequam vsum rei praecessisset. ἀδύνατον.

Item: Christus dicitur abesse, adesse, & Ratio. 4. cætera eiusmodi, etiam post eius glorificationem. *Non est hic*, Matth. 28. *Recessit ab eis*, Luc. 24. *Ascendit in caelum*, *descendit de caelo viuos & mortuos iudicaturus*, &c. quæ ad Christum glorificatum pertinent. Ergo

ER  
est inter  
& tem-  
pniunt,  
Christi  
habebat  
nientiam,  
auerit v-  
dicatur  
li. Quod  
one esse  
ostolo,  
isse hu-  
in for-  
est, p arem  
xmanuit,  
infra plu-  
Apolto-  
utus sit:  
humanā  
icendum  
uisse, non  
postaticā  
on conue-  
se Magi-  
erit magi-  
gnitate il-  
tura Chri-  
sti sese



vitiosa est distinctio de Abdicatione.

*Ratio. 5.* Præterea : hæc distinctio superiorem illâ euertit, *ἡτῆσιν & ἁγῆσιν*: qua solû vsum Omnipræsentia, humanæ naturæ Christi tribuebât. Nunc autem illi per Abdicationem ipsum etiam vsum eripiunt.

*Ratio. 6.* Adhæc, esse omnipræsentem, omniscium, omnipotentem, non potest ab actu separari, quemadmodum ex ipsius rei significatione perspicuum esse potest: nam qui non est omniscius actu, is necessariò quædam nescit: Atqui, esse omniscium nesciendo: hoc verò ne fando quidem auditum est: Similiter: qui dicit humanam Christi naturâ fuisse omnipotentem, non actu, sed potentiâ: ille dicit, humanam Christi naturâ potuisse posse omnia: quod est pessimè *ἀδελτοχέιν*, atque etiam aliquid deterius.

*Ratio. 7.* Denique: si caro Christi fuit aliquândo vbi que potentiâ, non actu, & nunc actu vbi que est, vt volunt: Sequitur, infinitum non esse infinitum. Nam res fit plenior quum ad potentiam accedit actus. At infinito accedere nihil potest: alioqui non iam est infinitum.

Quid pluribus opus est? Siquis existimat, diuinam omnipræsentiam esse potentiâ, ille (quæcunque tandem pharmaca conquirit) existimat quoque, Deû esse potentiâ. *ἀδωάτοϋ* & blasphemum. Est enim Deus actus purissimus. Distinguant igitur, quantumuis licet,

et, vertant, inuertant, euertant: profectò, quicquid attigerint, vlcus erit.

## VII. DISTINCTIO NATV-

RALITER ET

Personaliter.

**R**VRSVS identidem hanc distinctionē vsurpant: Corpus Christi non est omni præsens Naturaliter: sed, Personaliter. Quare, videndum est primùm, nū satis aptè cohereat hoc complexum: *Humana natura personaliter ubiq; præsens*. Etenim sic ego statuo: nihil esse in Theologia periculosius, quàm si sublata verborum ac φράσεων propria significatione, per aliena, cōmentitiãque loquēdi genera vageris. Atque vt ad rem ipsam accedamus: satis constat, humanam naturā nō esse personam, in hac disputatione ( siquidē loquimur de humana natura à λόγῳ in vnionem personæ assumpta.) Rursus humanā naturam dici Personalem, non memini me apud probatos authores legere. Dicitur enim *Personale* propriè, non id quo Persona constat, sed id quod ad ipsam Personam cōstitutam, & ad τὸ ὁρισμένον refertur. Ita fit vt dictio *Personaliter* propriè de ipsa quidem *Persona* dici debeat: non autem de altera ex naturis. Sic igitur ex vsu Theologorum rectè & ὀρθοδόξως loquemur, Christus est persona. Item, humana natura est assumpta à Verbo in vnionem *Personalem*. Itēque, Vtraque natura in Christo vnita est *Person-*

Distinct. 7.  
Refellitur.

Ratio. I.

*naliter*. Sed hæc propositio falsa est, Diuina natura est alicubi tantum præsens. Et manebit falsa, licet addas tuum illud *Personaliter*. Hoc modo: Deitas est alicubi tantum præsens *Personaliter*: vbi cum sententia falsa, tum *ἀόριστον* est loquendi genus, vt antè dixi. Quod si illa propositio stare non potest, hæc igitur stare non poterit: humana natura est vbiq; præsens, vel infinita, vel æterna, *Personaliter*. Quod si transpositis vocabulis ita suam sententiam exponant, vt velint humanam naturam *Personaliter* assumptam à Verbo, esse vbiq; præsentem: sequetur, nunquam & nusquam humanam naturam Christi esse vel fuisse circumscripam, ac definitam propriis dimensionibus, hoc est, verè humanam naturam: Quod absit. Ratio est: quia nunquam & nusquam fuit, nec esse potest humana Christi natura, nisi assumpta & à Verbo sustentata: Alioqui duæ essent personæ, cum vna tantum sit.

Postremò, sunt qui vocabulum *Personaliter* ita exponant: vt humana natura dicatur Omnipræsens *Personaliter*, hoc est, eo modo quo in Persona Filij subsistit. Quæ sententia, si cõmodè intelligatur, licet improprio loquendi genere expressa sit (vt spero à nobis confectum esse) haudquaquam nobis erit reiicienda. Quis enim est modus quo humana natura in persona Filij subsistit? nẽpe quatenus Verbum eam sustentat sibi vnione personali

Personali coniunctam. Quū autem Verbum  
 sit infinitum & omnipræsens, efficitur huma-  
 nam naturam semper & ubique à Verbo sus-  
 tētari. Huc igitur redit superior expositio:  
 humana natura Christi est *Personaliter* om-  
 nipræsens: hoc est dicere: est personaliter  
 coniuncta cum Verbo, & ab eo sustentata:  
 quod quidem Verbum est omnipræsens.  
 Neque hinc recedunt alij, qui suam de Om-  
 nipræsencia corporis sententiam ita expli-  
 cant: *Corpus Christi, inquit, omnia implet, nō*  
*sicut Deus implet, quia non est facta essentia in-*  
*finita, sed implet, quia una est Persona cum Deo*  
*omnia implente.* Hæc illi. Quæ sententiæ, vt ve-  
 ræ sunt, ita valde improprium est hoc loquē-  
 di genus. Corpus Christi est omnipræsens  
*Personaliter*. Quod vt magis pateat, quæro  
 ex te, annon humana Christi natura sit æquē  
*Personaliter* vnita cum eo qui est æternus,  
 quàm cum eo qui est omnipræsens, nempe  
 cum λόγος? Item, nonne eo modo humana  
 natura in persona Filij subsistit quo ab eo  
 sustentatur, per quem omnia creata sunt?  
 Certè. Sed enim nemo qui orthodoxus fue-  
 rit, vnquam ita locutus est, vt diceret huma-  
 nam naturam esse personaliter æternam, &  
 per eam omnia creata fuisse personaliter,  
 sed semper vsi sunt vocabulis Personam si-  
 gnificantibus. Hoc modo: Christus est æter-  
 nus: Per Christum omnia creata sunt, & cōsi-  
 milia. Quamobrè fugienda sunt, in Theō-

logia præsertim, ea loquendi genera, quæ sunt inuisitata, *aduersata*, adeòque periculosissima, tandemque exitiosa Ecclesiæ futura, nisi maturè prouisum sit. Repudiato igitur illo loquendi genere, recipienda est superior expositio, quæ nihil adiuuat realem Omnipræsentiam corporis, imò potius eam evertit: nam si spectandus est modus quo humana natura in Filio subsistit *Personaliter*, & is est modus vnionis Personalis, vt in ipsa vnione Personali maneât naturis suæ proprietates: relinquitur, vt humana natura in Persona Filij subsistens, maneat finita, & alicubi tantùm, non autem vbique præfens: quæ est humanæ naturæ proprietas. Sed iã ad ipsam distinctionem Naturaliter & Personaliter redeamus, quam ego pergo refellere.

*Ratio 2.*

Constat persona Christi ex vtraque natura: non igitur Persona debet opponi alteri naturæ. Solet quidem oppositio considerari inter ipsas naturas, quandoquidẽ vna est æterna, altera creata, vna Diuina, altera humana: & quæ inde consequuntur: sed perperam cõstituitur oppositio inter Personam & naturam: quia sublata altera ex naturis, nõ potest stare naturarum vnio, ac proinde non iam esset Persona: quod absit. Quamobrem ita de hoc mysterio loquendum est, vt naturaliter, ad naturam, personaliter, ad personam referatur.

Et quod nonnulli dicunt, duplicem esse actum

actum primum corporis Christi, vnum naturalem, alterum personalem: nisi commoda interpretatio adhibeatur, stare non potest. Primum, quia vnus eiusdemque rei esse duos actus primos simul, & quod grauius est, inter se oppositos, ne fando quidem auditum est: Deinde quia primus actus personalis non potest esse nisi personae, nec proprie dici nisi de Persona. Quamobrem vt hic locus concludatur, recte dicam, Christum esse vbique, quia Christus est nomen personae. Item τὸν λόγον esse vbique naturaliter, quoniam ea est natura τοῦ λόγου vt vbique sit. At corpus Christi esse vbique, dici non potest: neque naturaliter, hoc enim repugnat humanae naturae: neque personaliter, est enim non Personae nomen, sed naturae, vt paulo ante diximus.

Item quum dicunt humanam Christi naturam accepisse à λόγῳ vt sit vbique, non quidem naturaliter, sed personaliter: admittunt ἀδολογίαν. Nam si naturaliter haberet Omnia praesentiam, eam aliunde non posset accipere. Quare illud membrum, non naturaliter, stare non potest in distinctione. Quid autem si ita exponant illud enuntiatum? Corpus Christi est vbique Personaliter, hoc est, Corpus est Christi, qui est vbique, quandoquidem Christus est Deus & homo? Certè, si ita exponant vocabulum Personaliter, quo vtuntur, verus erit sensus impropriae locutionis:

Ratio 3.

*Distinct. 8.  
refellitur.*

**A**DDUNT & hanc distinctionem, quam illi frequentissime vsurpāt: corpus Christi esse realiter vbique præfens, non naturali modo, sed modo Maiestatis: Cuius distinctionis præcipuos errores ita recēseo.

Primus error: in vocabulo Præfētix, quia Maiestas est alio modo præfens, quàm sit corpus, nec magis potest corpus esse realiter præfens, modo Maiestatis, quàm Maiestas potest esse præfens, modo corporis.

Secundus error: dum constituunt realem præfentiam sine modo naturali. Etenim realis præfētia corporis sine vera ipsius corporis existētia, & vera corporis existētia, sine propriis dimētionibus, ne cogitari quidē potest.

Tertius error in vocabulo Maiestatis. Si enim intelligunt gloriam illam præstantissimam, qua corpus Christi exornatum est, & quam illi inter dona creata & habitualia commemorant: nihil id facit ad Omnipræfentiā: illis etiam assentientibus. Nec enim necesse est, ibi esse corpus, vbi summa illa gloria refulcet: cūm absentis etiam hominis gloria longè latēque diffundatur. Quod si nomine Maiestatis intelligāt Maiestatem Diuinam: hoc est, Deitatem ipsam: sequeretur, corpus Christi esse Deitatem ipsam. Quod quidē incōmodū idētidē illis obiicim<sup>9</sup>, quippe quod in illud idētidē incurrat. Nā cuiusq. tribuitur Deita-

Deitatis modus, illi quoque tribuitur Deitas, quæ est simplicissima. Quod si in rebus creatis hoc connexum valet: De quibus enūtiatur proprietates siue cōditiones essentialis, de iisdē enuntiatur ipsæ essentialis: quanto id magis valebit in proprietatibus Deitatis, quæ sunt ipsa Deitas? Ex quibus omnibus perspicuum est, hanc distinctionem peccare imprimis *τὸ πολλὰ χῶς λεγόμενον.*

Atque hæc de distinctionibus illis, quæ solēt adhiberi ad sustētādū dogma Ubiquitatis: quæ omnes, vt eōdem spectant, ita in eodē errore versantur, quæ ego oculis subiicio, prōpositā distinctione cōsimili. Homo quidē est rationis particeps Per se, *τὸ εἶναι*, naturaliter, &c. Sed hic homo, nō est rationis particeps, *κατ' ἄλλο τὸ εἶναι*, &c. Quod quā ineptè dicatur nemo nō videt. Atqui huc redeūt superiores distinctiones. Sic enim statuunt: Corpus Christi, vt est corpus humanū in specie, esse finitū, quantū, & circūscriptū suis dimensionibus: quod quidē ad definitionē corporis humani pertinet. Sed vt est hoc corpus, nempe Christi, nō esse finitū, atque hac modo tollitur ipsius corporis definitio:

Quinetiā quoties proponētur superiores illæ distinctiones, toties hæc incōmoda lōgè grauißima sequētur: Corpus Christi *Personaliter*, *τὸ εἶναι*, *τὴν χησεί*, &c. cōceptū, natū, passum, affixū cruci, atque omnino verū corpus nō fuisse: & omnes effugiēdi viæ obstru-

*Conclusio:*

*Generalia  
incommoda  
superiorum  
distinctionū*



Et sunt. Nam ex illis ipsis eorū distinctio-  
nibus ita ratiocinor: Si corpus Christi est om-  
nipræsens, & ἀπὸ παντὸς, non naturaliter,  
sed personaliter, ut illi distinguunt: Ergo vi-  
cissim corpus Christi personaliter nō est cir-  
cumscriptū: alioqui vno eodēque respectu  
corpus Christi est circūscriptū simul & in-  
circumscriptū: atque ita superiorū distinctio-  
num membra non rectē assignantur: Quod  
vbi fit, iam nō sunt distinctiones, sed inanis  
vocalorum sonitus: atque id cuius vel me-  
diocriter in arte differēdi versato, satis pers-  
picuum esse potest. Verū enimverò corpus  
Christi conceptum, natum, passum nō fuisse,  
denique verum corpus non esse, quæcunque  
tandem distinctiones adhibeātur, dici sine  
sūma impietate nō potest. Atque hæc de ista-  
rū distinctiōnū refutatione nobis dicta sint,

*Dogma de  
Omnipræsen-  
tia non ad-  
iuuat rea-  
lem corporis  
Christi præ-  
sentiam in  
pane: cuius  
zamen vni-  
us causa ex-  
cogitatum  
est.*

Nunc operæpretiū est paucis demonstrare,  
dogma de Omnipræsentiā & Ubiquitate cor-  
poris Christi, non tantū verbo Dei, ipsi-  
que rerum naturæ, verum etiam eorum sen-  
tentię repugnare: qui illud proponunt. Ete-  
nim ut probare possint, corpus Christi esse  
realiter præsens In pane, Cum pane, & Sub  
pane, quoties Sacra domini Cœna celebra-  
tur: & realiter ore percipi, eius rei gratia dog-  
ma de Omnipræsentiā corporis in medium  
protulerunt. At qui sequentibus argumentis  
docebo, istam de Cœna Domini sententiā  
nihil iuvari superiori illo dogmate,

*Argto. 1.*

Omnipræsentiā Diuina generaliter ad res

omnes creatas pertinet. At præsentia Christi in Sacra Cœna, est beneficium particulare erga Ecclesiam Dei: Itaque illa generalis hanc particularem non infert. Alioqui Cœna Domini ad res omnes creatas pertineret. Absurdum. Error est *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*: magnum in differendo, non vitium modò, sed etiam flagitium.

Si propter Omnipræsentiam, corpus Christi est In pane, & Cū pane: Ergo simili adeoque potiori ratione, corpus erit extra panē, quod quàm accommodatū sit ipsorum sententiæ, illi viderint. Ratio 2.

Quia vbi que esse, significat omnia continere, & nusquam contineri (quod illi etiam agnoscunt): Idcirco longè rectius ita enuntiabitur, Panis est in corpore Christi (vt aliquando de Deo omnipræsente dixit Paulus: *In ipso mouemur & sumus*) quàm ita: Corpus Christi est in pane. Ratio 3.

Quia magis cōuenit Omnipræsentia, dici extra locū, quàm in loco, idcirco conuenientius Vbiquitati diceretur: Corpus Christi esse extra os eorum qui Cœnæ Domini communicant: quàm in eorum ore. A. 17.

Nullum corpus quod ab alio corpore realiter percipitur, est infinitū. Corpus Christi realiter ore corporis percipitur (inquiunt): Quare, corpus Christi non est infinitum. Aut si corpus Christi est infinitum, vt iidem volunt, Ergo ore corporis non Ratio 4.

percipitur realiter. Huius syllogismi veritas nititur natura & ratione rerū earum de quibus agitur.

*Ratio. 6.*

Si omnipræsencia corporis Christi statuenda est, vt ipsum corpus sit realiter præsens In pane, Cum pane, & Sub pane in Sacrosancta Cœna Domini: Ergo ἐξ ἀνάγκης non tantum dicendum, Christi corpus esse vbiq̄ue, sed etiam esse vbiq̄ue totum. ἀδύατον. Cōsequentia patet. Certum est enim in sancto illo mysterio totum Christū fidelibus exhiberi. Falsitas cōsequentis sic probatur. Vbiq̄ue totum esse non conuenit naturę corporeę, neq̄ue de illa potest dici vllō modo: est enim propriū, tum ei toti quod est ὅλος ὅλον, tum ei naturę quę est simplicissima, quę Deus est. Quare aut diuina & humana natura sunt vna eadēque essentia vbiq̄ue tota (quod absit: esset enim naturarum confusio) aut sunt duo infinita simplicissima inter se diuersa: quod fieri nequit.

*Ratio. 7.*

Denique sequeretur: corpus Christi etiā esse in calice (siquidē vbiq̄ue est) & sanguinem esse in pane: contra ipsa Christi verba, expressāque distinctionem qua vsus est, inquit: Hoc est corpus meum: & Hoc est sanguis meus.

Si dicant corpus Christi esse cum pane realiter nō vi vnionis hypostaticę, sed vi verborū Christi (de quibus nobis agendū erit suo loco) cur igitur omnipræsentię corporis in hac

in hac quaestione tantopere vigent? Nec enim valet hoc connexum, Si corpus Christi est vbiq̄ue praesens vi vnionis hypostaticae, Ergo est realiter praesens in pane, vi verborum Christi. Nec vllus est tam rudis qui nō id facile assequatur: Quare, si est in pane vi vnionis hypostaticae, non est igitur in pane, vi verborum Christi: & vicissim, si in pane est vi verborum Christi, certē non est in pane vi hypostaticae vnionis. Et qui vtranque rationem simul coniungunt, illi profectō videntur ipsi disserendi rationi bellum indixisse: quia nunquam efficient, vt Omnipraesentia sit particularis praesentia in Coena, nisi generale cum particulari confundant.

At enim (inquiunt nōnulli) Si vbiq̄ue potest esse corpus: potest esse praesens in Coena. Respond. Si corpus Christi est vbiq̄ue praesens, est igitur actu omnipraesens. Hoc autem connexū esset ridiculum. Si est actu vbiq̄ue: Ergo potest esse hīc, vel ibi: sic enim non benē concluditur ab actu ad potentia. Idem dico de hoc connexo: Si Christi corpus est vbiq̄ue simul. Ergo potest esse simul pluribus in locis, quod quidem peius est etiam quā nūgari. Sic enim dicendum est, Ergo est in omnibus locis simul. Atque omnino versent se in omnes partes licet, nunquam profectō dogma illud suum Vbiquitatis accommodabunt quaestioni de praesentia corporis Christi in sacra Coena. Peto à

*Respons. p. a  
tr. V. b. q. re-  
sollitur.*

ti veritas  
n de qui-  
ti statuē-  
praesens  
Sacrosan-  
ne non tā-  
e vbiq̄ue,  
rov. Cō-  
in sancto  
bus exhi-  
ur. Vbi-  
e corpo-  
odo: est  
as, dicit,  
na, quae  
na natu-  
que tota  
confusio)  
inter se  
risti etiā  
& sangui-  
isti verba,  
a vsus est,  
&. Hoc est  
cum pane  
sed vi ver-  
gendū erit  
ia corporis  
in hac

lectoribus, vt id apud se accuratè reputent, & eos mihi assensuros esse confido.

*Conclusio.* His & consimilibus aliis plerisque argumentis, dogma Vbiquitatis labefactari potest.

Nunc audienda sunt argumenta pro dogmate Vbiquitatis, & ex methodi nostræ ratione de ea sigillatim respondendum. Quia verò maximè confidunt aliquot argumentis, quæ illi sibi videntur petere ex natura vniionis hypostaticæ, nos ista argumenta priori loco discutiemus: deinde ad Scripturæ locos deueniemus, quos illi nobis obiciunt, vt suam stabiliant, nostram autem euertant sententiam. Atque ex nostra responsione futurum spero *οὐδὲ θεῶν*, vt nostra stabiliatur, ipsorum autem euertatur sententia.



## CAP. IIII.

PRIMA OBIECTIO EORVM  
QVI DOGMA VBIQVITA-  
tis tuentur.

*Respons. ad  
Obiectiones  
ex ratione  
Vniionis hy-  
postaticæ pe-  
titas.*



VMANA natura assumpta est à λό-  
γῳ in vnitatem personæ: & vniio per-  
sonalis est inseparabilis. Ergo vbiq̄-  
que est ὁ λόγος, sibi est humana natu-  
ra. Est autem ὁ λόγος vbiq̄ue. Natura igitur hu-  
mana

*mana Christi ubique est. Vel sic, Christus non est totus sine humanitate: Ergo si totus Christus est ubique, humanitas eius ubique est. Quod & alio modo explicant, proposito sequenti Syllogismo.*

*Quicquid cum Verbo personaliter coniunctum est, illud ubique cū Verbo personaliter praesens est.*

*Assumpta natura cum Verbo personaliter unita est.*

*Ergo ubicunque Verbum adest, ibi personaliter secum etiam assumptam naturam praesens habet.*

RESPONSIO.

Primū discutio superius Connexum: Deinde accedam ad Syllogismum *δεικτικόν*, quem subiiciunt.

Fallit Consequens: Primus error *παρὰ τὴν ἀγνοίαν τῆς ἐλέγχου*, quia verbum Est, non potest utrobique eodem modo accipi. Quod ut facilius demonstrari possit, nostram hanc responsionem ita explico. Esse, dicitur aliter de Deo, quā de rebus creatis, quaecunque tandem illa sint: siue Esse dicatur simpliciter, siue cum additione. Exempli gratia, Deus Est: nempe per se, & à se, quia est ipsa essentia, atque aeternitas, à qua vna reliqua omnia, quae sunt, habent Esse. At res creatae Sunt, non per se, nec à se, sed à Deo, sine quo non possunt Esse. Et

*Errores superius obtestionis.*

reputent,  
que argu-  
ctari po-  
a pro do-  
nostra ra-  
um. Quia  
argumen-  
natura r-  
enta prio-  
pturā lo-  
biciunt,  
euertant  
sione fu-  
iliatur, ip-  
ORVM  
TA-  
pta est à d-  
o: unio per-  
Ergo ubi-  
umana natu-  
ur a iestur hu-  
mana



hi duo modi *τὰ εἶναι* nunquam debēt, neque possunt, vel (vt illi loquuntur) realiter & essentialiter inter se communicari: vel (vt ego quidem interpretor) inter se confundi: ne res creata cum Creatore exaquetur: quod proculdubio fieret, si in vtroque verbum *Est*, eodem modo vsurparetur. Rursus, Deus est bonus, hoc est, ipsa bonitas, à qua vna reliqua omnia quibus bonitas tribuitur, bona sunt. At res creatæ sunt bonæ: non à se, nec per se, sed à Deo, sine quo non possunt bonæ esse. Quod aliquando Augustinus explicabat his verbis: *Intelligimus Deum sine qualitate bonum: sine quantitate magnum, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbiq̃ue totum, sine tempore sempiternum, &c.* Hæc ille. Denique (vt ad nostram quæstionem propius accedamus) Deus Est præsens, quia est vbiq̃ue: At res creatæ dicuntur præsentem esse, quia Sunt alicubi, Deus autem Est vbiq̃ue, quia omnia continet, omnia conseruat, fouet, sustentat, quemadmodum exponūt Scholastici, & rectè. Sic enim Paulus: *Non longè, inquit, abest ab vnoquoque nostrum. Nam in ipso viuimus, & mouemur, & sumus.* Et nominatim de æterno Filio, *Omnia per eum consistunt*, inquit Apostolus. Et alibi: *Sustinet omnia verbo illo suo potente. Quare hoc Theorema in Theologia est rectissimum: Eius solius est omnia conseruare & sustentare, cuius est omnia creasse.*

Deus

In lib. Cō  
fes.

Act. 17.

Col. 1.

Heb. 1.

Deus igitur est vbique: quia Dei bonitas, sapientia, iustitia, prouidentia, potentia, Maiestas, hoc est, Dei essentia est infinita. Neque potest vllis vel locorum, vel temporum finibus contineri, vel terminari, quandoquidem omnia continet & terminat. At res creatæ vbique esse non possunt: quia sunt creatæ: ac propterea sua essentia non infinita, & non infinita, quia non sunt Deus. Et quia sunt finita, sunt igitur in tempore, & habent suum Vbi, vel circumscripitiuè, vel definitiuè, pro ratione suæ naturæ. Quòd si non habent suum Vbi, non sunt igitur in tempore: quia non possunt esse ex parte finita, & ex parte infinita, vt alibi diximus. Sunt ergo in tempore, & habent suum Vbi, quia subsistunt per eum qui solus nec est in tempore, nec in loco, hoc est, qui solus æternus & vbique est. Quæ omnia breuiter hac vna ratione concludemus.

*Humana Christi natura nusquam est nisi sustentata: quandoquidem à λόγῳ sustentatur. Non est igitur vbique, Quia quod est vbique, sustentat, non sustentatur: vt paulò antè demonstrauimus, atque hoc Connexum affirmamus esse ἀλόγῳ.*

Secūdus error: *παρὰ τὸ ἐπὶ ἄλλοις.* Nec enim hæc sunt cōsectaria: Vnio personalis est inseparabilis: Ergo vbicumque est à λόγῳ, ibi est humana natura. Sed ita connectendum est potius: Ergo semper & vbique ὁ λόγος est

et, neque  
iter & el-  
vel (vt ego  
fundi: ne  
ur: quod  
erbum El  
rus, Deus  
qua vna re  
teur, bona  
non à se,  
on possunt  
stinus ex-  
Deum sine  
num, sine  
tinentem,  
sempiter-  
d nostram  
Deus Est  
reatæ dicū  
ubi, Deus  
ontinet, o-  
nem admo-  
è. Sic enim  
ab vnoque  
, & mone-  
æterno Fi-  
quit Apo-  
ia verbo in  
na in Theo-  
est omnia  
omnia creatæ  
Deus

coniunctus humanæ naturæ, postquam eam  
semel assumpsit. Sic autem ipsi Scholastici  
hanc obiectionem solvunt, vt dicant argu-  
mentum hoc non procedere, quoties eorū  
quæ vniuntur, vnum excedit alterum. Porrò  
hoc non dicitur satis propriè: vbiunque est  
*ὁ λόγος*: hoc enim de virtute sermonis (vt lo-  
quūtur Scholastici) infert præsentiam τῷ λό-  
γῳ in locis, per partes. Atqui *ὁ λόγος* est si-  
mul & semel vbiq̄ue, quia omnia cōtinet, vt  
à nobis proximè declaratum est, & est vbi-  
que totus, quia simplicissimus. Sed enim (in-  
quiunt) id efficitur vi vnionis hypostaticæ.  
Rēspōdeo, peti principium. Hoc enim illud  
est quod inter nos quæritur. Quinetiam fa-  
cilè refutatur istud consequens ex natura i-  
psius vnionis hypostaticæ: in qua (ne à cyno-  
sura nobis semel proposita desectamus) no-  
minatim dicuntur naturarū proprietates ser-  
uari vtrique naturæ: ex quo fit, vt Deitas in  
ipsa vnione hypostatica sit semper infinita,  
tum temporū, tum locorum respectu: quia  
est æterna & vbiq̄ue, & vicissim humana na-  
tura remaneat tum tēpore, tum lōco finita  
& circumscripta: nam ipsā humana natura a-  
licubi præsens & finita semper sustentatur à  
*λόγῳ*, qui est omnipræsens, & infinitus. Quia  
verò hæc vnio hypostatica, de qua differi-  
mus, est singularis, in qua etiā summa & im-  
peruestigabilis Dei sapientia relucet, ea no-  
bis definienda est, ex ipso Dei verbo, non ex  
nostris

nostris commētis. At ego inde depromo *ἐν-  
στασι* apertissimam, qua propositio illa gene-  
ralis facile labefactatur. Sic enim Christus la-  
troni pœnitenti: *Hodie*, inquit, *mecum eris in  
paradiso*. Constat autem corpus Christi ad  
tertium vsque diem mâsisse in sepulchro, vt  
Christus ipse prædixerat, & nos in simbolo  
profitemur. Quòd si dicam fuisse simul in se-  
pulchro & in paradiso propter Omnipræ-  
sentiam: tum illis obiiciam suam illâ distin-  
ctionem de abdicatione. Nam si, vt illi qui-  
dem tradūt, humana Christi natura sese ab-  
dicauit sua illa Omnipræsentia tempore hu-  
miliationis: rogo te, ecquando fuit humiliatio  
Christi, si non tunc fuit? Item, (quod  
antè obiecimur) si qui fuit in paradiso fuit  
simul in sepulchro, sequitur animâ Christi  
fuisse etiam cum corpore in sepulchro: ac  
proinde Christum non fuisse verè mortuū:  
nec verè sepultum, neque verè resurrexisse:  
quæ omnia absit vt vel cogitemus. Quòd si  
res hæc possit vlla similitudine adūbrari pe-  
tita ab rebus coniunctissimis: multæ profe-  
rētur *ἀχριστως*, & inseparabiliter inter se cō-  
iunctæ, in quibus superior propositio locum  
non habebit. Sic lux Solis (hanc enim simi-  
litudinem à veteribus vsurpatam, etiam ipsis  
Omnipræsentia patronis non displicere vi-  
deo) arctissimè quidem cum Solis corpore  
coniungitur: neque tamen propterea neces-  
se est, vt vbiunque sit lux Solis, ibi quoque

fit eius corpus. Item, visio non separatur ab oculo: nihilominus tamen longius porrigitur quàm ipse oculus. Item, caput in integro corpore nõ diuellitur à pedibus, neque tamen vbi est caput, ibi sunt pedes, & pleraque alia in hanc sententiam.

Verum instant hoc modo: Si totus Christus est vbique, ergo etiam secundum humanitatem. Nego sequi. Nam totus Christus non est idem ac totum Christi: quam distinctionem à doctis Theologis propositam, firmisque rationibus subnixâ, demiror cur isti repudient. Quæro enim: annon totus Christus sit Deus: item: annon totus Christus passus sit. Si negant: diuellunt vnitatem personæ: si fatentur, ipsi sibi respondēt: nec enim verum est, vel Christum esse Deum, secundum humanam, vel fuisse passum, secundum diuinam naturam. Sed illi de sanctissima hac vnione personali perinde disputant, vt si esset crassa quædam & physica compositio. Quò fit, vt sic etiam ratiocinentur.

Christus, inquiunt, non est totus sine humanitate. Ergo si totus Christus est vbique, humanitas igitur Christi est vbique. Quod quidem argumētum valeret in toto aliquo crasso, terrenoque: vt si dicam, corpus humanum non esse sine suis membris, ac proinde vbicumque sit illud corpus, ibi quoque esse illius corporis membra: quia vbi est totum corpus, ibi est quoque totum corpus, alio  
qui

qui nō iam esset corpus. Sed in vnione personali fallax est huiusmodi argumentatio: quoniam ad constituendam sanctissimam hanc vnionem nō requiritur vel crassa compositio partium, vel situs, vel exterior quaedam *τάξις*. Præterea Diuina & humana natura non eodem modo dicuntur esse: siue dicatur esse simpliciter, siue cum additione: vt esse præsentem, & id quod iam antè à nobis obseruatum est. Quod quū non fuerit animaduersum: ausim dicere inde præcipuè manasse dogma de Omnipræsentia corporis Christi: qua de re hæc à nobis suscepta est disputatio. Sic igitur intelligendum est, totum Christum non esse sine humanitate: quia in persona, quæ Christus est, *ὁ λόγος* sustentat humanam naturam vnione personali assumptam *ἀνωψως*, & *ἀποψητως*, sine separatione & confusione: adeo vt Deitas suam esse retineat, quod idem de humana natura dicendum est. Christus igitur nō est totus sine humana natura: quia Christus est nomen Personæ, quæ duarum naturarum vnionem hypostaticam significat.

Et Christus nō potest esse nisi totus, aut desineret esse Christus: quandoquidem personalis vnio diuisionem, & separationem naturarum non admittit. Ac prouinde quæcunque prædicantur de Christo, de toto Christo prædicantur, aut non prædicantur de Christo: propter eā causam quam diximus.

Sed non sequitur, quæ prædicantur de Persona, ea quoque de vna natura prædicari in Abstracto, id quod iam sæpè à nobis inculcatū, sæpius etiam posthac inculcandū erit. Quamobrem Esse totum, significat constitutionem personæ: at, esse vbiq̃ue, significat proprietatē vnus naturæ, quæ est Deitas; ac propterea non valet superius connexū: quia non obseruatur *πῆ καὶ πῶς, καὶ ὅσα ἄλλα*.

Peccatum est etiam in ipsa connectendi forma. Sic enim ex legibus differendi (quæ propriè non patiuntur affirmationem nasci ex negatione) dicendū fuerat: Si totus Christus non est sine humanitate, & totus Christus est vbiq̃ue, Ergo totus Christus non est vbiq̃ue, sine humanitate, quod quidem si rectè intelligatur, verum erit: quia in Christo *ὁ λόγος* nunquam deserit humanam naturam semel assumptam: sed *ὁ λόγος*, qui vbiq̃ue est totus, quia infinitus & simplicissimus, semper & vbiq̃ue est humanā naturā sustentans, quæ est alicubi, quippe finita, suisque dimensionibus circumscripta: hoc est, natura verè humana. Quemadmodum igitur humana natura Christi non fuit passa, nec mortua sine Deitate, à quamūquā separata fuit, nec tamē propterea dicitur passa, vel mortua Deitas: Ita *ὁ λόγος* non est sine humana natura, vel omnipræsens, vel æternus: nec tamen idcirco humana natura vel omnipræsens, vel æterna dici potest. Quod si locum habeat con-

xum

xum illud quod refello, superiora quæ obiecti incommoda proculdubio consequentur: quibus addo & istud confimile.

*Si totus Christus non est sine Deitate, & totus Christus resurrexit. Ergo Deitas resurrexit. à d. J. variis.*

Venio ad Syllogismū *deint' mod' posteriorē* loco propositum. Atque ita maiore propositionem expēdo. Maior est eiusmodi: Quicquid cum Verbo personaliter cōiunctū est, illud ubiq; cū Verbo personaliter præses est.

*Errores Syllogismi de d. κττκβ.*

Hæc propositio stare non potest, cuius errores ita recēseo. Primus error in vocabulo Personaliter. Nam cōiungi personaliter idē est, ac si dicas coniungi vnione hypostatica: siue personali. Sed esse præsens personaliter nō de alio dici potest, quàm de ipsa persona vsurpatis, videlicet iis vocabulis quæ personam significāt: Hoc modo: Christus est ubique præsens: siquidē Personaliter dicitur à Persona. Quod si velint ita exponere vt dicāt, corpus Christi esse ubique præsens, hoc est, esse personaliter vnitū cū *λόγῳ*, qui est ubiq; præsens: vera quidē erit sentētia, sed verbis nō satis propriis significata: Nec inde aliquid præsidij accedet vbiuitati corporis.

Secūdus error in vocabulo Præsens: quod nō vtroque eodem modo vsurpari potest. Etenim Verbū est ubique præsens, quia omnia cōtinet, & sustētat: Humana verò natura habet suū modū præsentia, quæ admodum

copiosius supra à nobis expositum est.

Tertius error. Petitio principij. Quum enim inter nos quærat non simpliciter, an humana natura sit vbiq̃ue præsens: sed an hæc humana natura à Verbo assumpta, & cū eo personaliter vnita, sit vbiq̃ue præsens. Illi vt hoc posterius probent, afferunt vnionem personalem, & maximopere nituntur vocabulo Personaliter, vt fidem suæ sententiæ faciant. Hoc autem perinde est, vt si mihi ita interroganti: Quamobrem humana natura personaliter cum Verbo coniuncta, est vbiq̃ue præsens? Respondeât in hunc modum: Quia humana natura Personaliter cum Verbo coniuncta est. Atenim nos negamus id effici posse vi Personalis vnionis: Illi verò perpetuò repetunt vnionem Personalem, & quasi *ἀξιωμα* aliquod proferant. Quicquid (inquiunt) cum verbo Personaliter coniunctum est, illud cum Verbo personaliter vbiq̃ue præsens est, atque ita pro Medio suæ cōclusionis assumunt id quod est in quæstione positum. Quæritur enim, vtrū personalis vnio efficiat Omnipræsentia corporis: hoc est dicere: Vtrū quicquid Personaliter vnitū est, fiat propterea omnipræsens. Quod probandi genus, si semel recipiatur, profectò facillimum erit omnia probare, ridendique nobis erunt in posterum nobilissimi philosophi, longèque principes in arte disserendi, qui inuestigandi Medij rationem

tam

tam acūratē nobis tradiderunt. Atque hęc de Maiori propositione.

Iam excutio conclusionem quę suos etiānum errores habet. Quum enim ita dicendum esset ex legibus rectē disserendi. Ergo assumpta natura vbique cum verbo personaliter præsens est, sic efferunt: Ergo vbicunque verbum adest, ibi personaliter secum etiā assumptam naturam præsens habet. Quod syllogizandi genus exemplo caret apud probatos auctores.

Porrò quā periculosum sit hoc loquēdi genus, vbicunque est ὁ λόγος, iam antē admonuimus. Rectē enim & propriē dicitur, vbicunque est corpus: quia corpus modò hęc, modò illic potest esse præsens, sed id non conuenit Deo qui est Omnipræsens. Quare nisi hoc loquēdi genus commodē explicetur, ferri non potest. Denique ista conclusio non respondet eorum sententię, nec adiuuat Omnipræsentiā corporis. Nam inter nos controuersum est, an (vt illi dicunt) assumpta natura sit vbique præsens verē & realiter, nunc autem ita concludunt, Verbum habere naturam assumptam vbique secum præsens. Quod est verissimum, modò hoc enuntiatum, ita vti decet intelligatur. Etenim (vt antē diximus) Verbum nūquam & nusquam deserit humanam naturam sibi vnione Personali cōiunctā, qui vnio personalis diuelli nō potest cū facta sit *αχρηστος*.

Sed non propterea necesse est humanam naturam esse realiter vbiq̄ue præsentē: quan- doquidem id fit natura Verbi quæ est eius- modi, vt Verbum sit infinitū, omni præsens, simplicissimum & plusquã *ὅλος ὅλον*, ac pro- inde indiuisum, & vbiq̄ue totum. Ex quo fit vt infinitate illa Verbi, non infinitate huma- næ naturæ, Verbū semper & vbiq̄ue sit præ- sens humanæ naturæ sibi vnione Personali coniunctę. Quanquam autem nihil est in re- bus creatis quod planē respondeat sanctis- simi huius mysterij dignitati, quia tamē O- mnipræsentia corporis patroni libenter v- surpant similitudinem animæ, (vt infra vide- bimus) illud ipsum simile nūc vsurpabo ad nostram sententiam facilius explicandam. Nam anima dicitur esse tota in toto corpo- re, & in singulis eius partibus, eò quòd ani- ma, quę totū corpus & singulas eius partes viuificat, fouet & sustētat, diuidi non potest. Ex quo fit, vt tota anima totum corpus su- stentans, sit semper præsens capiti: nec pro- pterea necesse est, vt caput sit vbiq̄ue in cor- pore. Hanc enim præsentiam efficit ipsius animæ natura, & essentia. Quum igitur ita concludunt, Verbum vbiq̄ue Personaliter habere naturam humanam secum præsen- tem, nihil aliud dicunt, quàm Verbum esse vbiq̄ue Personaliter vnitum cum humana natura quam assumpsit, quod & nos agno- scimus.

Hoc autē loco Christianos lectores ob-

testor, vt diligenter legant illorum scripta, *Quam pa-*  
 qui Omnipræsentiam corporis tuentur, ac- *rum profi-*  
 curatè eorum argumenta, rationésque om- *cient patr.*  
 nes expendant, locos Scripturæ ab illis pro- *Vbiqui. suis*  
 positos attentè considerent: eorum denique *argumentu.*  
 distinctiones seriò & ex legibus rectè disse-  
 rendi examinent: & spero hoc mihi assensu-  
 ros, ex illis argumentis quæ assumunt ad  
 probandam suam sententiam, nunquã pro-  
 bari Omnipræsentiam corporis, quam illi  
 sibi perperam videntur efficere: sed hoc v-  
 num colligi posse, videlicet λόγον nunquam  
 & nusquam deferere humanam naturã quam  
 assumpsit, & sustentat sibi vnione hypostati-  
 ca coniunctam. Quod quã & nos cum omni-  
 bus orthodoxis piè & religiosè credamus. &  
 grauissima illa incommoda quæ ex Omni-  
 præsentia corporis cõsequuntur, itidem cū  
 omnib. orthodoxis auersemur. nullis tamen  
 vel cohortationibus, vel præcibus, nullãque  
 hactenus ratione effici potuit, vt infelici-  
 ma hæc & funestissima cõtrouersia dirime-  
 retur. Hoc mihi licuerit paulisper extra can-  
 cellos disputationis egresso dicere, indignif-  
 simũ illud dissidiũ cū piis omnibus, ex ani-  
 mo, nec sine gemitu, detestãti. Sed iã ad no-  
 strã respõsionẽ redeundũ est, eaq. nobis cõ-  
 cludẽda duob. syllogismis quos ego duob.  
 itidẽ eorũ superioribus syllogismis opponã.  
 Priori illorũ syllogismo hypothetico ποιη-  
 τικῶς oppono hũc syllogismũ hypotheticum  
*ἀπαγωγικὸν εἰς ἀδύνατον.*

G iiii

Si hoc enuntiatum verum est, Humana natura assumpta à Verbo est omniprensens personaliter, quia cum Verbo, Omniprensente personaliter coniuncta est, & vnio Personalis est inseparabilis (quemadmodum illi ratiocinantur.) Ergo sequens enuntiantum itidem erit verum: nempe, humana natura assumpta à Verbo, est aeterna personaliter. Ut probem consequens, quam illi rationem attulerunt, eam ego ipsis reponam: videlicet, quia cum Verbo aeterno personaliter coniuncta est, & vnio hypostatica est inseparabilis. Nec vllam sanè rationem differentiae proponent, quæ ex Theologia &  $\tau\epsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\sigma$   $\pi\epsilon\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$  legibus ferri possit: Contra: profero rationem  $\tau\alpha\upsilon\tau\omicron\tau\eta\tau\omicron\varsigma$ , hoc modo: VERBUM est omnis diuisionis expertus, est enim Deus: ac proinde quum Omniprensencia, infinitas, eternitas sint ipsa Dei essentia (quod et si sæpè dictum est, dicendum est tamen saepius) Certè si personalis vnio tribuit humane naturæ Omniprensencia, tribuit quoque aeternitatem. Id si neges: Ergo essentia Deitatis est diuisibilis, aded vt Omniprensencia ab aeternitate separetur:  $\alpha\delta\upsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\sigma$ . Item, Ergo personalis vnio est secundùm plus & minus: tribuit enim Omniprensencia quum non tribuat aeternitatem:  $\text{A}'\delta\epsilon\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\sigma$ , &  $\epsilon\iota\tau\epsilon\rho\delta\omicron\zeta\omicron\upsilon\sigma$ . Etenim hæc vnio, vt sanctissima, ita perfectissima est, qua duæ naturæ perfectè, non autem ex parte, in vnã personam coniunguntur.

Iam

Iam superiori Syllogismo *δεικνύς* nobis  
opposito, nos vicissim hunc syllogismū *δεικνύς*  
*κτινός* opponamus:

*Nihil quod cum Verbo personaliter coniun-*  
*ctum est, & est huius natura vt sit circumscriptū,*  
*propriāsque habeat dimensiones, vbiq; cum Ver-*  
*bo, vel naturaliter, vel (vt ita dicam) persona-*  
*liter, praesens esse potest.*

*Humana natura assumpta à Verbo, cum ipso*  
*Verbo personaliter coniuncta est, & est huius na-*  
*tura, vt sit circumscripta, propriāsque habeat di-*  
*ensiones.*

*Quare, humana natura assumpta à Verbo, v-*  
*bique cum ipso Verbo, vel naturaliter, vel (vt i-*  
*ta dicam) personaliter, praesens esse non potest,*

Maiorem propositionem confirmat de-  
finitio ipsius vnionis Personalis, quam ego  
(vt antè admonui) semper mihi pono antè  
oculos tanquam Cynosuram huiusce dispu-  
tationis, idque ex eorum præceptis, qui artē  
verè & rectè differendi nobis tradiderunt.  
Sic enim à Theologis Personalis vnio *ὁμο-*  
*λογική* definitur, vt sit cōiunctio qua duæ  
naturæ simul vnitæ, vnā personam consti-  
tuant, sine confusione, sine diuisione, seruatis  
vtrique naturæ suis proprietatibus. Huc re-  
deunt definitiones à Theologis propositæ:  
huc etiam redit Symbolum Chalcedonense.  
Sic igitur dissero, Si humana natura à Verbo  
assumpta, cum ipso Verbo cōiuncta est per-  
sonaliter, certè illa cōiunctio censenda est

ex natura personalis vnionis. Ex quo efficitur, seruandas esse vtrique naturæ suas proprietates, ita iubente ipsa personalis vnionis definitione. Nam vbiq̄ue dicis Personaliter, infers necessariò personalem vnionem: et vbiq̄ue est vnio personalis, ibi est personalis vnionis definitio. At id nõ fieret si humana natura cum Verbo personaliter cõiuncta, esset vbiq̄ue præsens: quia hæc est humanæ naturæ proprietates, vt sit circumscripta, ac propterea alicubi, non vbiq̄ue præsens. Quod si id negas: Ergo non est personaliter vnita, aut vocabulum *Personaliter* aliud significat quàm rationem & modum Personalis vnionis. Hoc autem posterius si existimas, tollis igitur propriam vocabulorum significationem (quæ de re cogor idẽtidem conqueri in hac disputatione) quod si semel admittatur, erit profectò grauius ipsa turre Babylonica: sic enim bis linguæ cõfunderentur, adeòque iam hoc non esset differere, sed quasi in perpetua nocte versari. Cùm enim vocabula sint rerũ symbola, fieri nequit, vt de rebus, sine veris rerum symbolis, verè disputetur. Iam si nobis assentiris, Personaliter significare modum & rationem personalis vnionis (quod profectò cum pudore negari non potest) nostræ subscribis sententiæ. Hęc enim est ratio & modus personalis vnionis, vt vtrique naturæ suæ proprietates seruentur. Quo fit vt humana natura

tura in vnione personali maneat circumscrip-  
ta, & alicubi tantum praesens. Hoc autem  
loquendi genus, humana natura personali-  
ter praesens, esse *δουσαν* iam ante admonui-  
mus: Sed hac de re satis iam multa. Nam  
de minori propositione nulla est contro-  
uersia.

### OBIECTIO II.

*Hoc enuntiatum de Christo: Hic homo est  
Deus, significat Filium Dei esse hominem actu  
primo, non secundo. Ergo quemadmodum Filius  
Dei est omnipraesens, ita eius corpus est Omnipre-  
sens.*

### RESPONSIO.

Omnia vitiosa. Primum non satis recte  
exponitur illud enuntiatum. Fit enim in-  
uerfio enuntiationis: cum sic potius dicen-  
dum fuerit: hoc enuntiatum de Christo, Hic  
homo est Deus: significat Christum actu  
primo non tantum esse hominem, sed e-  
tiam Deum, vt illud de ipsa Persona intelli-  
gatur. Alioqui si *ὁ λόγος* aeternus Dei Filius,  
esset homo actu primo, & actus ille primus  
dicatur respectu *λόγου*: certe humana Chri-  
sti natura esset aeterna. *αδωσαν*.

*Errores su-  
perioris ob-  
iectionis.*

Est & alius error in Consequente, quum  
argumentantur ex persona Christi ad ipsius  
Christi corpus. Nam profero hoc Theorema  
Theologicum omni exceptione maius: *In*

*Sancto mysterio unionis hypostaticæ duarum naturarum in Christo Iesu, non ducitur argumentum necessarium ex persona in Cōcreto, ad alteram ex naturis in Abstracto, affirmando. Exempli gratia. Antequam Abraham esset, ego sum, inquit Christus: & tamē corpus Christi nō fuit ante Abrahamum. Nouissimē nobis locutus est in Filio, per quem fecit & secula, inquit Apostolus, neque tamen corpus Christi fuit ante secula. Similiter (Si magnis componere parua liceat) si dicam hunc hominē credere: nō sequetur corpus eius credere, vel eū corpore credere. Item, Si quis dicat hunc hominem esse mortalem: non inde concludendum erit, animam huius hominis esse mortalem. Itaque hæc propositio de Christo vera est, Hic homo est Deus: hæc autem falsissima, Huius hominis natura humana est Deus.*

Ioan. 8.

Heb. 1.

## OBIECTIO III.

*Realis communicatio naturarum in Christo facta est absque ipsarum naturarum confusione. Ergo simili ratione: Realis communicatio proprietatum facta est, seruata utriusque nature proprietate: quod si proprietatum est tantum verbalis: Naturarum igitur cōmunicatio erit tantum verbalis. ἀδὲ ὡς τοῦ.*

## RESPONSIO.

Errores superioris ob-  
servationis.

Hoc argumentum, nec verbis propriis conceptum est, nec vllō modo causam Vbi-  
quitatis

quitatis subleuat. Quæ vt facilius demonstratur, & tractentur accuratiùs, ea sunt nobis in memoriam reuocanda quæ de proprietatù reali & verbali communicatione in capite superiori proximo disputata sunt: vbi hæc etiam latebram excussimus, quam vulgò captât Vbiquitatis patroni in Communicatio nis & Communicandi vocabulis, quæ præter morem & vsum, transitiuè vsurpant.

Nunc vt istam obiectionem dissoluamus, dispiciendum nobis est, satisne rectè dicitur, Communicatio naturarum siquidem transitiuè vocabulum Communicandi vsurpatur: ita vt significetur eius actio qui aliquid cum aliquo communicat. Quid enim communicat, hoc est, commune facit Diuina natura? Seipsam, inquis. Atqui inde sequitur naturarum confusio, & *πολυθεότης*, quod absit. Nec iam poteris dicere, humanam naturam non esse Diuinam naturam essentialiter. Nam hîc loqueris de ipsa natura & essentia Diuina communicata. Superest igitur vt dicas, Naturam Diuinam vel potius λόγον communicare intransitiuè, hoc est, vniri Personaliter cum humana natura quæ admodum supra veteres loquentes audi uimus. Quod idem erit dicendum de Communicatione proprietatum, quæ pars est altera superioris cõparationis: atque ita Realis proprietatum communicatio nihil aliud erit quàm communio & vnio, vt naturarum,

ita proprietatum vtriusque naturæ in vna  
 persona quæ est Iesus Christus. Hoc autem  
 piè & constanter credimus: quo quidem po-  
 sito ruit dogma de Omnipræsentia carnis  
 Christi. Aliud est enim dicere, carnem esse  
 omnipræsentem, quàm si dicas carnem suis  
 dimensionibus circumscriptam, cum λόγος  
 qui omnipræsens est, personaliter esse vni-  
 tam. Jam si communicationem propieta-  
 tum transitiuè accipis, cum naturarum com-  
 municatio non nisi intrasitiuè accipi possit,  
 peccas grauissimè in ipsas differendi leges;  
 qui in eadem comparatione, idem vocabulū  
 variè usurpes. Est enim fallacia dictionis. Itē:  
 quum dicis proprietates cōmunicari, pugna-  
 tia (vt alibi diximus) dicis, nisi simul designat  
 esse proprietates. Nam cōmune opponitur  
 proprio, & quod cōmune est non ad vnum  
 pertinet, sed ad plures. Denique quum sic i-  
 stam cōmunicationem naturarum exponis,  
 vt Diuina natura det, humana verò accipiat:  
 sequitur, proprietates Diuinæ naturæ (si qui-  
 dem possent cōmunicari) esse id solū quod  
 communicatur. Vnde sequeretur (absit ver-  
 bo blasphemia) humanam naturam esse  
 Deum, proprietatibus Deitatis in se rece-  
 ptis: & Christum non esse hominem, pro-  
 prietatibus humanæ naturæ abiectis, aut  
 humanam, esse simul humanam & Diuinam  
 naturam. Omnia absurdissima. Peto à piis  
 lectoribus, vt hæc apud se diligenter & ac-  
 cura-

curatè dispiciant: et abstineant ab iis lo-  
quendi generibus quæ sunt obnoxia tot in-  
commodis: cum in Theologia (in qua nul-  
lus leuis error esse potest) omnes aditus, quã  
ta fieri potest diligentia, sint erroribus ob-  
struendi. Superest vt aliquid hoc etiam lo-  
co dicamus de verbali proprietatum com-  
muniõne, quam illi nobis tanquam incom-  
modum longè grauissimum obiiciunt.

Verbale quum opponitur Reali, signifi-  
cat aliquid dici tantum, sed re vera non es-  
se, hoc est, esse verbo tenus. Et eo sensu vo-  
cabulum istud vsurpant: ac propterea di-  
cunt, tantum Verbale, vt opponant Reali,  
Siquis autem requirat exemplum aliquid  
vbi meritò dici possit quidpiam esse ver-  
bale tantum: certè non longius abeundum  
est: nam identidem in isto Vbiquitatis  
dogmate reperitur. Quum enim affirmant,  
communicari proprietates realiter: Ecce  
tibi dogma verbale tantum. Etenim si  
manet humanæ naturæ sua proprietates: Er-  
go Vbiquitas corporis, est verbalis tan-  
tum: & vicissim: Si corpus est Omnipræ-  
sens, non seruatür humanæ naturæ pro-  
prietates; nisi verbo tenus. Idem dico de  
omnibus ipsorum distinctionibus (quas e-  
go affirmo verbales esse tantum, non rea-  
les: quibus de rebus supra copiosius à nobis  
disputatum est.)

*De verbali  
communicat.  
Proprieta-  
tum.*

¶ not

Alio modo verbale dicitur, quod ad verborum & *ῥημάτων* explicationē pertinet (vt suo loco diximus.) Quo sensu non opponitur Reali, sed potius eò spectat, vt res ipsa propriè intelligatur: ne ex falsa interpretatione pateat aditus ad errores. Exēpli gratia: quum dico in his Pauli verbis: Petra erat Christus, esse Sacramentalem locutionem: hæc quidem figura verbalis est, quia pertinet ad rectam, propriamque verborū, & *ῥημάτων* significationem: sed non tollit rem ipsam, quum potius eam astruit, & tollit errorē. Sic enim intelligo: Petram illam fuisse, non realiter Christū ipsum, sed typum & signū Christi venturi. Similiter quum maiores nostri tradiderūt, hæc verba Christi, Filius hominis est in celo, esse per communicationē, siue communionem proprietatum intelligenda, rem quidem verbalem proposuerūt, quippe ad verborum & *ῥημάτων* explicationem pertinentem: neque propterea rem ipsam, sed errorem potius sustulerunt. Etenim significarunt, Scripturam ita loqui, vt magis significet arctissimam illam duarum naturarum vnionem in vna persona, quæ est Christus: quæ quidem vnio efficit, vt de ipsa persona dicatur id quod est alterius naturæ proprium. Itaque hoc loquendi genere, res ipsa, nempe vnio hypostatica & ipsius personæ vnitas stabilitur: & tollitur error de naturarum confusione, & de ipsius Personæ diuisione:

Ioan. 3.

diuisione. Atque hęc fuisse veterū sententiā  
 antea illi ipsi veteres suis verbis nobis expo-  
 fuerunt, quam & nos amplectimur, quippe  
 certissimis Scripturæ firmamentis subnixā.  
 Vt enim licet animo credas, non corpore,  
 nihilominus tamen verè credis: & vicissim,  
 licet non animo incedas, sed corpore, nihil-  
 ominus tamen verè incedis: ita distinctio-  
 nes idiomatum non faciunt rem ipsam tan-  
 tum verbalem. Atque vt vno verbo tran-  
 sigamus, & à nobis, in hoc sanctissimo præ-  
 cipuòque Religionis Christianæ capite, om-  
 nem erroris suspensionem amoueamus: piè  
 credimus constantèrque affirmamus duas  
 in Christo naturas hypostaticè, verè & rea-  
 liter esse vnitas, inconfusè & inseparabili-  
 ter: & proprietates Diuinæ naturæ verè &  
 realiter tribui Iesu Christo homini: & vi-  
 cissim, proprietates humanæ naturæ verè &  
 realiter tribui Iesu Christo Deo: nimirum  
 vni personæ: & tam verè & realiter tribui,  
 quàm vera est & realis Christi persona. Sed  
 proprietates vnus naturæ posse tribui rea-  
 liter alteri naturæ, hoc verò pernegamus.  
 Quandoquidem (vt in hęc Cynosura quam  
 nobis proposuimus, nempe in vnionis hy-  
 postaticæ definitione, oculos perpetuò de-  
 fixos habeamus) hoc est de ratione huius vn-  
 ionis hypostaticæ, vt vtrique naturæ suæ  
 proprietates seruentur. Alioqui non esset  
 vnio personalis, sed confusio: quod absit.

Hoc enim postulat unio hypostatica, ut naturæ maneat distinctæ, alioqui non esset unio naturarum, sed aliquid tertium compositum ex duarum naturarum commixtione. Id quod Theologi, adeoque omnes Christiani perhorrescunt.

*Superior obiectio non aequat Ubiquitatem.*

Nunc attendamus, num Ubiquitatis dogma aliquid præsidij sibi possit ex isto argumento comparare.

*Retorquetur superius argumentum.*

Si realis communicatio proprietatum facta est absque confusione, quemadmodum realis naturarum communicatio absque confusione facta est (ut dicunt) & realis communicatio naturarum nihil aliud esse potest, quam ipsarum naturarum unio Personalis: inde sequitur: hanc propositionem esse falsam: Corpus Christi est omnipræsens. Consequentia patet vi huiusce comparationis. Nam hæc propositio falsa est: Humana natura est Deus: Quare, hæc quoque falsa erit: Humana natura est omnipræsens: alioqui latior erit prædicatio in proprietatibus quam in ipsis naturis, contra superiorem comparationem ab illis propositam. Etenim, ubique esse, est proprietas Diuinæ naturæ: at certis dimensionibus, locorumque spatiis circumscribi, est humanæ naturæ proprietas. Et hæc duæ proprietates ita uniantur hypostaticè in Christo, ut vnaquæque suæ naturæ seruetur, ac proinde unius naturæ proprietas alteri naturæ non tribuatur. Quod totum efficio

efficio ex superiori comparatione.

Item, sequitur ex illa ipsa comparatione: Quemadmodum communicatio naturarum non potest considerari extra personam, ita communicationem proprietatum non posse extra personam considerari. Ergo hoc enuntiatum verum est, Christus est ubique: Itémque hoc verum est: Christus non est hic. Contrà: hoc falsum est: Corpus Christi est ubique: Itémque hoc falsum est: Diuina natura non est hic. Sed de hac quidē comparatione haecenus:

OBIECTIO IIII.

*Qui negant corpus Christi esse omniprensens, & indicant de presentia corporis Christi ex regulis physicis, illi negant Deum esse omnipotentem: Quemadmodum autem vniū naturarum in Christo, non est physica, ita communicatio proprietatum non est physica, nec physicis regulis subiecta. Nec modus omnipresentia corporis Christi est vntōs: sed τρισός: nam actu primo, ante nobiscum est, quàm actu secundo eius plenitudinem sentiamus.*

RÉSPONSIO.

Falsum est consequens. Hanc enim regulam ex Sacris literis depromptam Theologi obseruant. *Non argumentandum est.*

*Errores superioris obiectiōnis.*

se ex omnipotentia Dei, nisi antecedat eius voluntas ipsius verbo patefacta. Nec statui potest voluntas contraria ei voluntati de qua clarissime constat in Scriptura, cuiusmodi est perpetua veritas corporis Christi. Ecquod enim erit istud ratiocinandi genus: Deum non esse omnipotentem, nisi ea præstet quæ tu ipse volueris? Quântò melius Angelus ille, qui non antè proposuit omnipotentiam Dei sanctissimæ Virgini, quam illi voluntatem Dei patefecisset? Quod ubi præstitit: tum addidit: Non erit impossibile apud Deum  $\tau\acute{\alpha}\nu\ \rho\eta\mu\alpha$ . Quare: hæc obiectio superuacanea est: quandoquidem nisi doceant Deum id velle: argumētum ab omnipotentia conticescit: (quam quum Euty-chiani suo errori prætexerent, à maioribus nostris meritò reiecti sunt) Si doceant velle: res confecta est: nec enim inter nos controuersum est, possitne Deus id quod velit. Agnoscimus enim hæc verba Psalmistæ: *Quæcunque voluit fecit*. Verùm age, progrediamur vlteriùs, & ipsi doceamus, Deum nolle Corpus Christi esse vbique: hoc modo:

*Deus non  
vult corpus  
Christi esse  
vbique.*

*Ratio 1.*

Deus voluit  $\tau\acute{\alpha}\nu\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu$  fieri carnem, verè participare naturam nostram, & esse verum hominem, vt sit verus Mediator Dei & hominum: quæ omnia ex locis Scripturæ à nobis propositis suprà cap. 2. satis manifesta sunt. Ergo Deus nō vult ea quæ sunt istis cōtraria. Quia in voluntate Dei nō est cōtrarietas:

rietas: esse autem vbique, destruit humanam naturam.

Amplius: Sequeretur, Deum velle humanam naturam esse Deum. *αδωατορ*. Sic enim apud Prophetam: *Sum Deus, & non est alius*. Item: *Gloriam meam alteri non dabo*, inquit Dominus. Consequencia patet: quia solus Deus est infinitus, omnipraesens, & vbique, vt supra a nobis suo loco demonstratum est.

Ratio 2.

Esa. 45. 42.

Item, Si Deus vellet corpus Christi esse circumscriptum, & esse vbique: vellet contradictionem esse simul veram. At non vult. Quia principia naturalia (cuiusmodi est hoc principium, *φάνη* *ἢ ἀποφάνη ἀληθές*) a Deo ipso manarunt, & sunt inscripta naturae nostrae. Deum autem sibi consistere, omnino necesse est. Cuius rei copiosior probatio ex Scholasticorum scriptis petenda est.

Ratio 3.

Vide Theophrastum Gen. li. 1. ca. 84. & li. 2. c. 25 &c.

Rursus: Sequeretur, Deum velle aliquid contrarium ei quod in Scriptura continetur. *αδωατορ*. Quia *Scriptura est dei veritas*, inquit Paulus, *& a Spiritu Dei profecta*. Caeterum testimonia Scripturae pete ex iis locis quos antea recensuimus, quum medium nostrae Demonstrationis inuestigaremus.

Ratio 4.

2. Timoth. 3.

At enim, inquit, haec vnio non est physica, neque physicis regulis subiecta, quod idem de proprietatum communicatione dicendum est. Respondeo sanctissimum hoc mysterium vnionis hypostaticae duarum naturarum in Christo, captum nostrum loge superare, adeoque esse non excutiendum, sed adorandum: Verum enimvero

H iij

edat. eius  
ec statui  
untati de  
cuiusmo  
risti. Ec  
di genus  
si ea pra  
to melius  
sunt omni  
ni, quam  
Quod vbi  
impossibile  
c obiectio  
nisi do  
ab omni  
um Euty  
maioribus  
deceant vel  
er nos con  
quod velit  
imite; Qui  
progre dia  
Deum nol  
hoc modo  
rnam, ver  
& esse verum  
or Dei & ho  
iptura: a no  
cis manifesta  
e sunt istis co  
no est contra  
rietas



quanuis hæc vnio non sit naturalis, est tamē  
 naturarū vnio: quas proinde manere necesse  
 est: alioqui, si altera ex duabus naturis esse de-  
 finit: definit quoque vnio naturarū: quando-  
 quidē eius quod nō est, vnio esse nō potest,  
 Quòd si vnio hypostatica tollit & absorbet  
 alterā ex naturis, aut vtrāque; certē nō iā est  
 vnio naturarū, sed naturarū euersio: Iā autē  
 sapius à nobis demōstratū est, si proprietates  
 diuinæ naturæ realiter communicantur  
 naturæ humanæ, euerti tum diuinam tū hu-  
 manam naturam, quod absit: diuinā, quia ei-  
 us proprietates, quæ est eius essentia, est incō-  
 municabilis rebus creatis: humanā, quia non  
 potest esse humana natura suis dimensiōni-  
 bus circūscripta, & esse vbique. Iā si in Chri-  
 sto manet humana natura & φύσις ( quod illi  
 ipsi etiam nobiscum agnoscunt ) ergo ma-  
 net quoque ratio φυσική humanæ naturæ:  
 manet humanæ φύσεως corpus φυσικόν: deni-  
 que manent eæ leges quæ sunt ad constituē-  
 dā illam naturam necessariæ: cuiusmodi est  
 imprimis finitum & circūscriptum esse.

Quòd si ampliorē huius rei explicationē à  
 me postulas: quæro ex te: nū corpus Christi  
 eternū sit? Negas. Cedo mihi rationē. Quia  
 inquis, nō est creator, sed est res creata. Ita-  
 que ex teipso cōcludo, Corpus Christi sub-  
 iectū esse rerū creatarū legibus, hæctenus, vt  
 sit res creata. Rursus quæro: Corpus Christi  
 sitne humanum corpus? Ais esse. Ego igitur  
 cōcludo, corpus Christi esse subiectū huma-

ni corporis legibus, haecenus, vt sit humanū corpus. Quinetiā cū agnoscas, ita in Christi persona vniri naturas, vt seruetur vtriusque naturæ proprietates, obsecro te, quonā id modo demōstrabis de humana natura, nisi ex legibus physicis? Et cū Christus diceret: *Contrectate me, & videte: quia Spiritus carnē & ossa nō habet:* negabisne hoc argumētum esse physicū? Ex quibus omnibus efficitur: nō ita rectē cōcludi: Vnio personalis nō est subiecta physicis legibus: Ergo humana natura personaliter vnita, non erit legibus physicis, ipsam naturā cōstituentibus, & naturā ἐξ ἀνάγκης consequentibus, subiecta. Nam est μεταβάσις ab vnione, ad humanam naturam: ac propterea ἀγνοία τῆ ἐλέγγε.

Luc. 24.

Verū sic etiamnum instant: Potest (inquiunt) Deus facere vt corpus Christi sit finitū, & nihilominus sit infinitū atque Omnipræfens: Quia Deus est omnipotens. Itāne censet? Imò verò Deus illud non facit, quia est omnipotēs. Nam (vt rectē censent Scholastici) facere, duo contradictoria esse simul vera, nō esset potestatis, sed impotētie: quod malo verbis Augustini, quā nostris exprimere. *In sinu Dei inquit, non est contradictio: Intēmq; Deus potenter nō potest: nec est infirmitas ista, sed firmitas.* Hæc Augustinus. *Fidelis manet* (inquit Paulus) *seipsum negare non potest.* At istud, *nō potest*, pertinet ad summā potentia, & quemadmodū idem Apostolus docet,

*An contradictio ad omnipotentia Dei pertinet.*

Confess. l. 12. ca. 25. de Trinit. li. 15. cap. 14.

2. Timoth. 2.



2. Cor. 1.

Christum non esse, *Ita, & non*. Ita statuendū est, voluntatem Dei, & verbum eius, hoc est Scripturam sacram adeo sibi cohærere, vt nihil discrepans, nihilque ἀντιφατικόν ferre possit. Itaque fretus certis expressisque Scripturæ testimoniis (quæ suprà à nobis commemorata sunt) credo, corpus Christi finitum esse: ac proinde non esse infinitum: ne videar id velle negare & tollere quod Scriptura sacra statuit & affirmat.

Philip. 3.

Quinetiam quum Paulus ait corpus nostrum futurum σὺμμορφον corpori glorioso Christi, addit *secundum efficaciam qua sibi potest omnia subicere*, inquit, coniungens omnipotentiâ Christi cū veritate corporis ipsius.

Retorque-  
tur argumē-  
tum.

Nunc retorqueamus argumētū ab omnipotentia Dei petitū: hoc modo, vt dicamus, In vnione hypostatica summā Dei potentiā elucere, qua factū est, vt humana natura suis proprietatibus distincta manēs, ita cum natura diuina coniungatur, vt hæ duæ naturæ, non diuulsæ, non confusæ, sed personaliter vnitæ, Personam vnā constituent, quæ est Christus, Deus verus, & verus homo. Quod profectò, nisi Dei omnipotentia, fieri nullo vnquam modo potuisset. Quinetiam quò magis & attentius cogitabis, humanam naturam manere suis proprietatibus distinctam, eò magis Dei omnipotentiam admirabere: quandoquidem si natura humana haberet proprietates diuinæ naturæ (ac proinde essetiā, vt sæpe à nobis dictū est,

hoc certè non esset omnipotentiae Diuinæ: sed impotentiae potiùs. In hoc enim imprimis omnipotentia Dei perspicitur, quòd vnus sit & solus Deus. Solus enim est, quia omnipotens: & omnipotens, quia solus.

Porro quum dicunt actum primum corporis Christi non esse æstimandum exemplo aliorum corporum: quia actu primo ante nobiscum est, quàm actu secundo eius plenitudinem sentiamus: his verbis suã repetunt, non confirmant sententiam, & (quod grauius est) ita suam repetunt vt suam evertant sententiam. Etenim ita statuebãt in suis distinctionibus: Corpus Christi esse finitum τὸ εἶναι, infinitum verò τὸ ἔχειν. Atqui licet τὸ ἔχειν sit amplius aliquid quàm τὸ εἶναι (loquimur enim de rebus creatis) tamen non tollit definitionem τὸ εἶναι. Exempli gratia: qui hominem armatũ dicit, plus dicit quàm hominem, sed tamen non tollit hominem, nec definitionem hominis: imò potiùs eam astruit: quũ nisi esset homo, non esset homo armatus. Rursus si actus primus pertinet ad τὸ εἶναι rei, & non ad τὸ ἔχειν (vt res ipsa loquitur) quomodo stare potest quod nunc affirmant, corpus Christi actu primo esse vbi que? Nam si hoc verum est, ergo est vbi que τὸ εἶναι: ac propterea illud falsum est quod dicebant: esse vbi que τὸ ἔχειν. Quod autẽ subiciunt de plenitudine corporis Christi, quã dicunt à nobis sentiri actu secundo: nisi faci-

lius explicetur, valdè ambiguum est. Nam si loquuntur de donis Christi, quibus fideles replentur, & quæ Paulus significat nomine Plenitudinis Dei, Eph. 3. & quum ait *nos esse completos in illo*. Col. 2. Quid hoc ad Omnipresenciam corporis, cum sit fidelibus peculiare? Cur etiam dona spiritualia cum natura & essentia corporis Christi confundentur? Denique modum presentie, quo corpus Christi ubique sit, affirmamus, nec *ουπου* esse, nec *ουπου*: Non *ουπου*, quia id quod non est, nec esse potest, & quod infert, *αυτουπατη* esse simul vera, id certè, nec animo & cogitatione percipi: nec verbis vllis potest explicari. Nō *ουπου*: quia cum verbum Dei sit obiectum fidei, & eius mensura, nihil potest esse *ουπου*, quod verbo Dei repugnat.

## OBIECTIO V.

*Hæc est veterum regula. Quæcunque Christo data sunt in tempore, secundum naturam humanam data sunt. At Omnipresencia data est Christo in tempore. Ergo illi secundum humanam naturam data est.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris obiectiois.*

Argumentum hoc ex veterum sententia petitum, eaque non satis rectè intellecta, absit vt inter *αυτουπατη* argumenta receseamus. Hic est igitur sensus superioris regulæ. Ea quæ

quæ dicuntur data Christo in tempore, ea esse intelligenda de λόγῳ in carne exhibitō. Quandoquidem Christus dicitur accipere, nō quatenus est ὁ λόγος, sed quatenus ὁ λόγος naturam nostram assumpsit. Et ita intelligo quod dicit Theodoretus, *illa dici propter humanitatem*, id est propterea quod ὁ λόγος humanam naturam assumpsit. Quamobrem illa sunt accipienda de ipsa persona, ut veteres docuerunt, nō autem ad humanam naturam in Abstracto referenda: id quod isti faciunt. Exempli gratia, Miracula quæ Christus edidit, ille ipse Patri accepta refert apud Ioh. Et Lazarū excitaturus à mortuis, præfatur se à Patre esse exauditū. Ecquis tamē meritō miracula quatenus sunt opera Θεότητος ad humanam naturam quantumvis vnitā, semper tamen distinctam referat? Nam verissimē Petrus de miraculis à Christo editis verba faciēs: *Qua, inquit, Deus fecit per ipsum in me* Itē inque præstantissimum corpus resurrectionis Christi ad diuinam naturam passim in Scriptura referri solet. Atque ita ut nunc dicatur Deus Christum excitasse à mortuis: nunc Christus seipsum excitasse dicatur, quod quidem beneficiū corpus Christi sensit, sed non contulit, ne mihi pleraque eiusmodi commemoranda sint.

Quod attinet ad Minorem propositionē, Omnipræsentia illam diuinā quæ est ipsius Deitatis proprietates datā esse Christo, nō me

Ioan. 5.  
Ioan. 11.

Ag. 3.

Rom. 7.  
1. Thess. 1.  
Ioan. 10.

Nam si  
leste re-  
ine Ple.  
esse com  
nnpira-  
peculia-  
m natura  
ndentur?  
pus Chi  
esse, nec  
n est, nec  
esse si-  
itatione  
cari. Nō  
iectum  
se 1530,

Christo  
m huma-  
ata est Chi  
nam natu

sententiā  
lecta. ab hō  
cēseamus.  
egulæ. Ea  
quæ

mini me legere in Scriptura. Nam de sessione ad dexteram, quam huc detorquent, infra differemus. Nunc nobis satis erit hanc obiectionem ad incommodum adigere hoc modo.

*Adigitur  
ad incommo-  
dum.*

Si hoc loquendi genus, *Secundum naturam humanam*, significat ipsius humanæ naturæ proprietatem, & Christus est omnipræsens secundum humanam naturam. Ergo Omnipræsentia est humanæ naturæ proprietatis, *ἀδύνατον*. Et illi ipsi dicunt, Christi corpus non esse ubique, nisi per communicationem proprietatis Diuinæ. Assumptum patet tum ex ex usu loquendi, tum etiam ex ipsa Scriptura. Sic enim Paulus de Christo: *Qui factus est, inquit, ex semine Davidis secundum carnem.* Item, *Ex quibus est Christus secundum carnem.*

Rom. 1.

Rom. 9.

#### OBIECTIO VI.

*Ad explicandam unionem hypostaticam veteres similitudinem anime usurparunt. Quemadmodum igitur anima quandiu est in corpore, nihil facit sine corpore, sed omnia cum corpore & per corpus (non enim videt sine oculo, sed cum oculo, & per oculum, & oculus videt non in se, quia est caruncula corporis, sed propter unionem cum anima) ita diuinitas communicat humane naturæ ubique esse. Nam quandiu durat anima & corporis coniunctio, ubicunque est anima, ibi quoque corpus est. Ut igitur philosophus duas*  
*anima*

anima definitiones tradidit. Vnam qua in se ratione potentiarum consideratur: alteram qua corpori unitur: ita Deitas Christi duobus modis consideranda est: tum in se & per se, tū ratione personalis cōmunicationis: atque vt anima vna eademque est: ita etiam vna Deitas in Christo. Quemadmodum autem anima transfundēs suas in corpus: non conuertit corpus in animam, sed facit quiddam animatum, ita filius Dei assumēs humanam naturam, ei que suas proprietates communicans: non conuertit eam in diuinitatem, sed reddit eam, vt veteres loquuntur, Deificatam. Eodē spectat similitudo doctoris qui eundem animi conceptum multis auditoribus simul & semel impartit.

RESPONSIO.

Consequens non valet. Nam in Theologia ex veterum sententiis argumēta *δὲ τοῦ δ' ἐκ-  
κτιμᾶ* non ducuntur. Porro ex similitudinis legibus, non vrgendæ sunt omnes eius partes: sed id potissimum spectandū, cuius gratia similitudo proponitur: idque ad explicandam potius, quàm ad confirmandā sententiam. Atque vt ad similitudinem nobis obiectam accedamus, Similitudinem animæ & corporis veteres aliquando protulerunt, non vt exprimerent, sed tantū leuiter adumbrarent vnionem hypostaticam duarum naturarum in Christo: non quòd in

*Errores superioris ob-  
iectionis.*

*Cur Veteres similitu-  
dinem animæ & corp-  
oris usurpa-  
runt.*



omnibus hæc similitudo locum habeat, sed vt docerent, etiam rerum creatarum exēplo fieri posse, vt duæ naturæ inconfusè vniantur. Sic enim Cyrillus: *Secundum naturam vnitam* (inquit) *non tamen in carnem conuersam, talem effecit cohabitationem, qualem hominis anima cum proprio corpore habere dicitur.* & Athanasius in simbolo: *Vnus* (inquit) *est Christus non confusione substantia, sed unitate persona: Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo, vnus est Christus.* Hæc illi. Quàm autem multa sint dissimilia ex his quæ sequuntur facile cuius perspicuum esse poterit.

*Dissimilia superior. similit.*

1. Anima vnitur corpori vt forma: sed  $\delta \lambda \acute{o} \gamma \omicron \varsigma$  non est forma humanæ naturæ quam assumpsit (alioquin haberet illa duas formas essentielles) ac propterea necesse non est, vt vbiunque sit  $\delta \lambda \acute{o} \gamma \omicron \varsigma$ , ibi quoque sit humana natura.

2. Anima agit per corpus tanquã per instrumentum: sed  $\delta \lambda \acute{o} \gamma \omicron \varsigma$ , vt vbi que sit, nõ vtitur corpore tanquam instrumēto. Est enim vbi que per se, &  $\tau \eta \epsilon \nu \delta \epsilon \lambda \epsilon \chi \epsilon \acute{\iota} \alpha$ , vt illi loquuntur,  $\tau \omega \epsilon \acute{\iota} \nu \alpha \iota$ , quemadmodum eos distinguentes supra audiuimus. Et per se vbi que est, quia verè infinitus, & verè infinitus, quia Deus: Sic inane est quod illi nobis obiiciūt de oculo, quem satis constat esse animæ instrumentum, quo ipsa anima videt.

3. Anima non prius fuit quàm corpus: sed

$\delta \lambda \acute{o}$

ὁ λόγος æternus est: & humana natura quam  
 assumpsit, est creata. Itaque nõ magis potest  
 humana natura coextēdi πρὸς λόγον in Vbiqui-  
 tate, quàm potest in æternitate. Nam vtraq.  
 venit in rationem infinitatis. Pleraque alia  
 possunt proferri in hanc sententiam: sed cõ-  
 tenti erimus hoc etiam proponere, non no-  
 stris, sed ipsius Eusebij verbis: quandoquidē  
 ex veterum fontibus hausta est hæc animæ  
 similitudo. *Neque verò (inquit) ut anima homi-  
 nis, ita ipse ὁ λόγος tali corpore impeditus fuit, ut  
 diuina interim munera obire non possit, aut ubi-  
 que adesse: qui Dei Verbum est, omniāq; implet,  
 & per omnia penetrat.* Hæc Eusebius. Porrò  
 hæc propositio, Vbicunque est anima, ibi  
 est corpus, admittenda non est, sine com-  
 moda interpretatione. Nam vbi est cor-  
 pus, ibi est localiter circumscriptum, quod  
 de anima dici non potest (nõ enim est in lo-  
 co ambiente superficiem ipsius corporis.)  
 Sed anima propriè est in corpore, non au-  
 tem in his vel illis locis in quibus videmus  
 corpus ipsum esse. Alioqui si præcisè vrgeas  
 superiorē propositionem: eam ego ita refel-  
 lam: Si vbicunque est anima, ibi est corpus,  
 & anima est in corpore: Ergo corpus est in  
 corpore. Item propono & aliud incommo-  
 dum, ex quo patebit hanc animæ & corpo-  
 ris similitudinem ipsorum sententiæ repu-  
 gnare.

Si similitudo animæ & corporis valet ad

De demō  
 str. Euāg.  
 lib. 7. c. 1.

Incommo-  
 da superioris  
 obiectiom-  
 nis.

stabiliendū Vbiquitatē corporis Christi (vt volūt) Ergo Deitas Christi est vbiq. ea ratio ne qua corpus Christi est vbiq. At enim illi dicunt corpus Christi esse vbiq. quia vbiq. est Christi Deitas, quod est planè contrarium. Consequentia patet: Nam (vt dixi) anima dicitur esse alicubi quia ibi est corp<sup>o</sup>.

*De duplici  
definitione  
anime.*

Nunc excutio quod afferunt de duplici animæ definitione. Quemadmodum (inquiunt) definitur anima tum ratione potentialium, tum ratione corporis, cui vnitur: Ita Deitas τὸ λόγος consideranda est tum in se, & per se, tū ratione personalis vnionis. (Sic enim malo dicere quam communicationis, ad vitandam ambiguitatem vocabuli, vt antè suo loco admonuimus) hanc nos duplicem considerationem non repudiamus, modò rectè & accuratè fiat. Tum ita pergunt ratiocinari: Quemadmodum anima transfundens suas ἐννοίας in corpus, non conuertit corpus in animam, sed facit quiddam animatum: Ita Filius Dei assumens humanam naturam, eique suas proprietates communicans, non conuertit eam in Deitatem, sed eam reddit Deificatam. Hæc illi. Quæ sic ego redarguo. Primùm vocabulum Transfundendi ambiguum est, nec satis conueniens huic quæstioni. Quinetiam illi qui hoc tempore Omnipræsentiam corporis defendūt, vocabulum Transfusionis auerfantur. Nam quod nonnulli citant Tit. 3. & Ioel 2. vbi  
verbum

verbum Effundendi vsurpatur, planè alienū est. Illic enim agitur de donis quæ Deus effundit, hoc est, copiosissimè & abundantissimè confert in homines.

Deinde hæc verba: *Non conuertit eam in Deitatem, sed reddit eam Deificatam*, accuratiùs explicanda sunt. Nam si Damascenus vsus est vocabulo Deificadi, nō id propterea fuit detorquendum ad probandū dogmæ Omnipræsentiæ de quo disputamus, sed fuit potiùs commoda interpretatione leniendum. Deificatam enim dixit humanam naturam, non quòd facta sit Deus, sed quia à λόγῳ Deo in vnitatē personæ assumpta fuit, & præstantissimis donis exornata, prout humanæ naturæ ratio ferre potest. Sed quid hoc ad Omnipræsentiā, quum humana natura capax eius esse non possit? quemadmodum antè à nobis demonstratum est. Alioqui, si λόγος communicauit suas proprietates humanæ naturæ, hoc est, si effecit vt humana natura sit prædita ipsius Deitatis proprietatibus (cuiusmodi est, æternum, infinitum, & omnipræsensem esse) profectò ipsam naturam humanam Deificauit, hoc est, fecit eam Deum (quod absit.) Etenim proprietates Deitatis sunt ipsius Deitatis essentia (vt alibi copiosius diximus) ex quo fit, vt qui præditus est Deitatis proprietatibus, sit quoque præditus ipsa Deitatis essentia. Qui verò præditus est essentia Dei-

tatis, eum esse Deum, quis neget? Neque hinc mihi obstrepant sua illa distinctio: quod humana natura non habeat proprietates Deitatis ex se, per se, à se, sed tantum à λόγῳ communicatas, hoc enim est dicere: humanam naturam ex se, per se, à se non esse Deum, sed tamē factam esse Deum. At nos, illis etiam ipsis (vt spero) assentientibus, constantissimè affirmamus, duas istas propositiones esse falsissimas: humana natura est Deus per se, item, humana natura facta est Deus. Atque hæc de verbo Deificandi nobis dicta sint. Ex quibus manifestū esse potest, perperam hæc duo vocabula inter se comparari, *Animatum & Deificatum*, quandoquidem corpus dicitur animatum, eò quod ab anima informatur, sed humana Christi natura non informatur à Deitate: aliòquin vna esset natura, non duæ: atque ita planè unio hypostatica tolleretur. Quid autem si ex illis ipsis definitionibus, quas proferunt, nostram sententiam cōfirmemus? Quum enim anima definitur ratione potentiarum. Hinc discimus potentias ipsas non posse communicari corpori, ita vt corpus sit præditum illis potentiis. Afficitur quidem corpus potentiis & δυνατέαις animæ, quatenus ab anima informatur (anima enim est forma corporis) sed, nisi me fallit memoria, nullus vnquā philosophus censuit, potentias animæ fieri ipsi

*Retorquatur obiectio.*

ipsi corpori cum anima cōmunes. Sic enim  
 vrgeo, ex ipsius definitionis natura : Si ani-  
 ma rectè ex suis potentijs definitur, ipsas  
 potentias non magis fieri posse communes,  
 quàm ipsa anima possit fieri communis. A-  
 lioqui definitio longè distaret à suo defini-  
 to : quod fieri non debet in accurata defini-  
 tione : cuius eam esse legem accepimus, vt  
 quicquid de ea dicatur, id quoque de defini-  
 to dici necesse sit. Aliud est igitur si dicas,  
 corpus informari & affici potentijs animæ,  
 quàm si dicas, corpus habere ipsas potētias.  
 Rursus quū anima definitur, ea ratione qua  
 vnitur corpori, illa ipsa definitio perspicuè  
 docet, corpus affici ipsius animæ potentijs,  
 non simpliciter, sed quatenus eius natura  
 ferre potest. Definitur enim anima, forma  
 corporis organici physici vitā habentis po-  
 tentiā. Corpus igitur hoc habet ab anima, vt  
 sit animatum & viuat, quia est capax & *debet*  
*ad* ipsius vitæ. Sed non habet ab anima, vt  
 ratiocinetur quia non est eius rei capax. A-  
 nima verò & ratiocinatur, & seipsam intel-  
 ligit, & sacra visa diuinitus oblata recipit, &  
 pleraque eiusmodi facit & potest facere,  
 quæ fieri à corpore nullo modo possunt, &  
 quæ anima ita facit in corpore, vt ea perse-  
 faciat non autem per corpus. Jam si quod po-  
 test anima, id corpus non potest : quæse  
 sequonam modo. potentias animæ corpori

communicatas esse dixeris? Atque hoc illud  
 est quod affirmamus, humanam quidem na-  
 turam in Christo affici & illustrari summis  
 ac præstantissimis donis, sed iis tamen, quo-  
 rum ipsa capax esse potest, ac proinde nõ ac-  
 cipere à λόγῳ Omnipræsentiam: quæ quum  
 sit ipsa infinitas, neque dari potest, nec acci-  
 pi, quod si possit accipi, desinit esse infinitas:  
 quia qui accipit, incipit habere: & incipere,  
 repugnat infinitati. Atque vt ad animam  
 redeamus, licet sit tota in toto corpore (nec  
 enim anima diuidi potest) tamen videt per  
 oculos corporis, non per aures, & vicissim  
 audit per aures corporis, non per oculos.  
 Quamobrem? nempe quia suas exerit vires  
 in corpore & per corpus, adeoque per ipsius  
 corporis partes, quatenus illæ capaces sunt.  
 Et, quod caput est, in illa corporis & animæ  
 vnione, nihil accidit quod vel repugnet ipsi  
 animæ naturæ, vel quod ipsam corporis na-  
 turam euertat. Nunquid enim anima desinit  
 esse inuisibilis? nequaquam: nunquid cor-  
 pus desinit esse visibile? nihilo magis. Num,  
 obsecro, anima communicat corpori, vt sit  
 definitiuè, ac non potiùs localiter, sua quan-  
 titate constans, suisque dimensionibus cir-  
 cumscriptionem? Ne id quidè. Quid igitur ob-  
 stat, quominus illa, ipsaquam nobis obii-  
 ciunt, animæ similitudine freti, quasi ipsius  
 animæ voce concludamus: quemadmodum  
 in corporis & animæ vnione, nihil confert  
 anima

anima corpori, vel, cuius ipsum corpus non fit capax, vel, quo ipsius corporis natura evertatur: idē de sanctissima & singulari duarum in Christo naturarū hypostatica vnione esse statuendum? Quæ quum ita sint, superest vt superiores similitudinem ita in illos ipsos retorqueamus.

Quemadmodū animus hominis non credit sine corpore, nec tamen credit per corpus, nec corpus ipsum credit, licet, in Concreto, homo credere dicatur: ac proinde animæ & corporis coniunctio non impedit quominus vtrunque proprias habeat distinctasque functiones, neque hīc est realis proprietatum communicatio, vt fusiū à nobis explicatum est. Ita, adeoque longē maiori ratione in vnione hypostatica, licet in Concreto rectē dicamus, Christum esse vbiq̄ue, quia natura Diuina est infinita, nō tamen rectē dicimus in Abstracto, humanam Christi naturam esse vbiq̄ue, quandoquidē hoc repugnat humanæ naturæ, quæ finita est suisque dimensionibus circumscrip̄ta. Et, vī huiusce similitudinis, proprietatum communicatio realis, quam illi introducunt, tollenda est. Nam quōd quidam obiiciunt ipsum corpus esse instrumentum quo proximē credimus, eō quōd Scriptura dicit nos corde intelligere & credere, error est in falsa vocabulorum interpretatione, quandoquidem Scriptura, nomine Cordis, significat animū

*Retorquetur obiectio.*

ipsum, quemadmodum satis est perspicuum ex usu Scripturæ. Nisi fortè quis existimet partem illam corporis humani quæ cor dicitur, fuisse, vel, esse re ipsa circūcidendā quia iubemur cor circūcidere. Sed de hac quidē similitudine hætenus.

Similitudo  
Doctōris ex  
cutitur.

Similitudo doctoris nobis opposita μεταβαίνει εἰς ἄλλο γένος, & ab iis qui norunt diiudicare τὸ κατ' ἕτερον, ne audiretur quidem. Nam Christi corpus non est comparandum cum animi conceptu: quippe quum corpus non sit αὐτόν. Deinde animi conceptus non est idem numero in multis auditoribus, licet sit idem ὁμοίωμα (absit enim vt intellectum vniuersalem constituamus) cuius rei copiosior tractatio à Scholasticis petēdā est. Quare, vno verbo ita similitudinē hanc regeramus: Quemadmodū ille animi conceptus qui vnus & idem numero in te est, non est in alio, nedum possit vbique esse: ita corpus Christi, quod quidem est vnum idēque numero, vbique esse non potest. Sed iam pergamus reliqua argumenta discutere.

Retorquetur  
superior  
similit.

## OBIECTIO VII.

Basil. in 5.  
Christina  
vniuers.  
&c.

Veteres similitudinem ferri candentis & ignis ei usurparunt in hac questione. Ferrum autem coextenditur igni in ferro existenti. Itaque ex illa similitudine, ubicunq; est ὁ λόγος, ibi est quoq; humana natura Christi. Habet ferrum τὸ τμητικόν, ignis

ignis verò, τὸ καυσικόν. *Servatur autem actionum & naturarum differētia ἐν τῇ τετραμμένη καύσει, καὶ ἐν τῇ κεκαυμένη τομῇ, inquit Damascenus. Porro ferrum ignitum retinet proprietates naturales, videlicet, nigredinem & frigiditatem, id quod patet postquam ignis à ferro recessit. Huc spectat similitudo unguenti & odoris à Veteribus usurpata, qui humanitatem Christi cum unguenti vasculo compararunt.*

Orig. Aug. Cyprius.

RESPONSIO.

Idem respondemus quod suprà, quod ad veteres attinet. Porro ferrum istud ignitum temerè tractandum non censeo: sed manendum in ipsius similitudinis ratione, extra quam si vageris, iam non erit similitudo, sed dissimilitudo potiùs. Hoc igitur tantùm veteres docere voluerunt, duas naturas simul vniri posse in Persona Christi absque confusione, & ex illa vnione nihil decessisse Deitati, plurimùm autem humanæ naturæ accessisse: salua ipsius naturæ substantia. Quæ omnia veteres proponebant aduersus errores hæreticorum. Quamobrem intra hos similitudinis fines subsistendum est. Est etiam, præsertim in re tanta, condonandum aliquid eiusmodi similitudinibus: alioqui si accuratè de re ipsa dicendum sit, calor & lumen

Errores superioris objectionis.



igniti ferri sunt mera ipsius ferri accidētia, quę citra subiecti interitū & adesse possunt, & abesse: quo nihil magis contrarium mysterio τῆς ἐνσαρκίως reperiri possit. Ferrum igitur candens & ignitū nihil adiuvat Ubiquitatem corporis Christi: quandoquidem hæc longissimo interuallo & plusquam toto genere differunt. Quū enim ignis sit in ferro tanquam in subiecto, nihil mirum si ferro ipso terminatur. Quid autem simile in Christo reperias? Num Deitas τὸ λόγος est in humana natura tanquam in subiecto? Nū diuina ab humana natura assumitur, & in ea subsistit? (ignis enim à ferro capitur, & in ferro continetur.) Num ὁ λόγος potest relinquere humanam naturam semel assumptā, non minus quàm ignis potest à ferro recedere? Num humana natura est materia in quam Deitas agit? Num vnio hypostatica in Christo fit commixtione Deitatis cum humana natura? Atqui si simile ferri candentis vrgeas, illa omnia erunt admittenda: quod absit. Quinetiam quum illi præter communicationem proprietatum agnoscant in Christo dona etiam creata & habitualia: obsecro te, in simili tum de anima, tum de ferro ignito, ecquidnam poterit respondere donis illis creatis, quibus humana Christi natura exornata est: siquidem & viuificatio corporis, & calor ferri, & reliquæ eiusmodi qualitates cum proprietatum communicatione

tionem comparantur? Miror autem nonnullos sibi tantopere placere in hoc ferro ignito, vt se in hoc simili acquiescere profiteantur: qui posteaquam dixerunt realē proprietatum communicationem esse nobis incōprehensibilem, & imperuestigabilem: quippe planē *ὑπερφυσικῶς*: postquam ad hoc simile deuentum est, affirmant illustre nobis hīc proponi realis proprietatum communicationis exemplum: Ita vt ex re planē *ὑπερφυσικῆ* nobis rem propē *φυσικῶς* faciant, eamque ex rebus physicis facillimē intelligi posse autument. Quapropter prāter illa quae iā dicta sunt, aliquot etiā incōmodis, iisdemque, vt grauissimis, ita prorsus *ἀδιαλύτοις* istorum sententia obruenda, ferrumque istud candens & ignitum extinguendum est.

Si realis proprietatum communicatio cū ferro ignito comparatur, & caro Christi seruat naturales proprietates, quemadmodum ferrum ignitum retinet nigredinem & frigiditatem (vt illi nobis exponunt) Ergo caro Christi nūquam fuit re ipsa & actu finita, suisque circumscrip̄ta dimensionibus. Consequentia patet: quia ferrum ignitum & cādens non est, vel frigidum, vel nigrum, alioqui non iam ignitum & candens: Item sequitur Christum nunquam fuisse mortuum nisi potentia: quia ferrum ignitum non est frigidum actu, sed tantum potentia. Item sequitur, carnem Christi non posse actu exerere

*Incommoda  
superioris  
similitud.*

naturales suas facultates, nisi separetur à λό-  
 γῆ & ita hypostatica vnio dissoluatur, quem-  
 admodum ferrum ignitum vt actu sit frigi-  
 dum, necesse est, ignē à ferro verè ac re ipsa  
 separari, ita vt ferrum desinat ignitum esse.  
 Item, Si realis proprietatum communicatio  
 cum ferro ignito comparatur, vt illi volunt:  
 Ergo Christus non iam est actu æternus. ἀ-  
 δωίαν & blasphemum. Cōsequētia patet:  
 Nam quemadmodum ferrum nō accipit ab  
 igne vt sit leue, & sursum tēdēs. Ita ignis ipse  
 in ferro ignito nō iam est actu leuis, nec sur-  
 sum tendens: Et hęc propositio falsa est: Fer-  
 rum ignitū est leue & sursum tendit. Ex quo  
 quidam efficiatur, satis vides. Sed ne plura  
 eiusmodi consectemur (quæ propemodum  
 sunt innumerabilia) nunc istud simile ferri  
 candentis in patronos Vbiquitatis retor-  
 quendum est in hunc modum.

*Retorque-  
 sur obie-  
 ctio.*

Quemadmodū ignis ita vnitur ferro can-  
 denti, vt ferri naturā non destruat (nec enim  
 esset ferrum candens, nisi maneret ferrum )  
 ita in vnione hypostatica, de qua differimus,  
 diuina natura naturam humanā nō destruit,  
 ac proinde manent τὰ ἐσώδη & essentialia  
 humanæ naturæ: cuiusmodi est, Habere suas  
 dimensiones, & illis terminari. Item: Quem-  
 admodum in ferro candente ignis non affi-  
 cit ferrum iis qualitibus, quæ ipsius ferri  
 naturæ & essentiæ planè repugnent (nec e-  
 nim ferrum fit raxum, leue, sursum tendens)

sed

sed illis tantum qualitatibus quarum natura ferri potest esse capax ( fit enim molle, candens, & calidum, ) & si proprie loquimur, non ferrum vrit, sed ignis in ferro, ut illi ipsi veteres, nobis obiecti, docuerunt. Ita ὁ λόγος non ea tribuit humanæ naturæ, quorum humana ipsa natura capax esse non potest, cuiusmodi est infinitum & ubique esse: sed eâ illustrat suo fulgore, & exornat dotibus incomprehensibilibus, quatenus ipsius naturæ conditio ferre potest. Item: Quemadmodum in ferro candente lux & calor ignis non ita ferro terminantur, quin progrediantur longius: neque necesse est ubicunque ferri candentis lux & calor fuerint, ibi quoque ferrum ipsum esse: Ita τὸ λόγου Deitas non terminatur humana natura: neque necesse est ubicunque sit ipsa Deitas ( ut loquuntur ) ibi quoque esse naturam humanam. Item, licet omnia propemodum illis largiremur, nihil tamen aliud ex hoc simili efficerent, quàm Christum ipsum esse ubique & omnipresentem. Quod ego ita breuiter oculis subiicio: In hac similitudine quatuor proponuntur, ignis, ferrum, ferrum ignitum, & vis vrendi, quibus hæc quatuor pari serie respondent, Verbum, humana natura, Persona Christi, & Omnipresentia. Ex quo apparet, in hac similitudine, ferro ignito non respondere humanam Christi naturam in Abstracto, sed Personam po-

Orig. li. 2.  
 περὶ ἀρχ.  
 Theoph.  
 in Ioan. c.  
 6.

tius, quæ constat vnione personali vtriusque naturæ, quemadmodum ferrum ignitū cōstat ignis & ferri coniunctione. Vt ergo nō rectè dicitur, ferrum vrere, quod tamen de ferro ignito rectè dicitur, idque nō propter ferrum, sed propter ignem in ferro vrentē: Ita non carni Christi in Abstracto, sed ipsi personæ quæ est Christus, tribuenda est Omnipræsencia. Denique dictū illud Damasceni de vstione abscindente, & de abscissione vrente, eorum, qui hac similitudine abutuntur, errorem facillè redarguit. Quemadmodum enim in cauterio candente, si propriè loquimur, non ferrum vrit, sed ignis in ferro, & vicissim nō ignis abscindit, sed ferrum ipsum ita dispositum, & tamen vtrumque tribuitur cauterio candenti, siue ignito ferro: ita proprietates, tum diuinæ, tum humanæ naturæ ita personaliter vniuntur in Christo, vt saluæ & integræ suis naturis reseruentur, & nihilominus omnes proprietates verè & ὁρῶσθ' ὁμοίως Christi personæ tribuantur.

*De similitudine vnguenti.*

Posterior similitudo vnguenti, dilucidius etiamnum illorum sententiã refellit. Quemadmodum enim odor vnguenti longè latèque diffunditur, nec verum est, vbicumque fuerit odor, ibi quoque vasculum vnguenti esse: ita, licet ὁ λόγος nunquam deferat humanam naturam semel assumptam, non tamen efficit vt illa sit infinita, & omnipræsens. Sed  
de his

de his similitudinibus satis, superque: Nec enim ex similitudinibus solent depromi Theologicae demonstrationes.

OBIECTIO VIII.

*Vox Christi Lazarum suscitantis recte dicitur vox Omnipotēs, & manus Christi manus Omnipotens: Ergo simili ratione corpus Christi recte dicitur Omnipraesens.*

RESPONSIO.

Fallit Consequens: Nam si quis vocem Christi Lazarum suscitantis omnipotentem appellarit: is certe non considerabit essentia ipsius vocis. Absit enim ut sonus & aer sit omnipotens, sed eum considerabit cuius vox fuit. Similiter, qui dicet manum Christi omnipotentem esse, is non respiciet carnem, ossa, nervos, ex quibus manus componitur, sed eum intelliget cuius est manus. Nam quum mulier illa fluxum sanguinis patiens, statim conualuit postquam tetigit simbria vestis Christi: nemo propterea vestem ipsam Christi omnipotentem appellauit: Sic enim Christus, *Cognoui virtutem exiisse a me*, inquit. Hæc est igitur, aut esse debet sententia eorum qui sic loquuntur: Vox omnipotens, id est, eius qui est omnipotens: Itemque, manus eius qui est omnipotens, nempe Christi Dei & hominis. Nam vel vocis, vel manus essentia non edidit præstantissima illa Chri-

*Errores suspensoris objectionis.*

*Luc. 8.*

...triusque  
...nitū cō-  
...ergo nō  
...amen de  
...propter  
...vrentē  
...sed ipsi  
...da est O-  
...Damaf-  
...abscisso-  
...dine abu-  
...Quemad-  
...e, si pro-  
...ignis in  
...sed fer-  
...n vtrum  
...ue ignito  
...e, tum hu-  
...iuntur in  
...tatis re-  
...proprieta-  
...sonæ tri-  
...dilucidū  
...ellit. Quē-  
...longē la-  
...ybicumque  
...vnguenti  
...erat huma-  
...non tamen  
...refens. Sed  
...de his



A&amp; 2.

A&amp; 10.

sti miracula, sed diuina virtus, quemadmodum Scriptura testatur. *Signa que fecit Deus per ipsum* (inquit Petrus apud Lucam) Item: *Quoniam Deus erat cum ipso*, inquit idem Petrus. Quod si quis aliter, vel loquitur vel intelligit, is Scripturæ contradicit. Ac propterea virorum aliquot doctissimorum sententiam ita exposui in principio huiusce disputationis, vt si quando videantur loquuti de Omnipræsencia corporis Christi, sic eorum verba exponenda sint: Corpus omnipræsens, id est corpus eius qui est omnipræsens.

## OBIECTIO XI.

*Si Christus est adorandus etiam secundum humanitatem. Ergo etiam secundum humanitatem est Omnipræsens. Antecedens patet ex sententia veterum.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris objectionis.*

Antecedens non est conceptum verbis propriis. Personam enim, hoc est, Christum ipsum adoramus, quandoquidem Christus est Deus, & homo, sed qui naturam humanam seorsum adoraret, ille personam diuelleret, & naturas confunderet. Hoc enim Connexum est necessarium: Si secundum humanitatem Christus est adorandus: Ergo secundum humanitatem Christus est Deus; loquimur enim de adoratione, quæ religionis gratia

gratia exhibetur: constat autem solam Deitatem per se adorandam esse. Quòd autem veteres aliquando carnem Christi adorandam esse dixerunt, vsurpâtes hæc verba Psalteræ: *Adorate scabellum pedum eius*: Perinde accipiendum est, vt si dicerent, Deum hominem factum, esse adorandum. Sic intelligenda sunt dicta Patrũ de adoranda Christi carne, vt quũ Hieronymus dicit: *Si mors absorpta est in victoria, quare nõ carnis humilitas, quæ propter humanam salutem assumpta est, in Diuinitatis transferit maiestatem, vt fecerit vtrunque vnum, vt non adoremus creaturã sed Creatorẽ?* Hæc Hieronymus: quæ nisi intelligantur de persona & de λόγῳ facto homine, proculdubio orthodoxa non sunt. Hæc fuit igitur veterum sententia, per humanã naturam aspectabilem, adorari Deitatem, quæ non est aspectabilis, vt aliquando dicebat Theodoretus. Atque omnino (quod caput est) nusquã audies Scripturam ita loquentem, vt dicat, Christum secundum humanitatem esse adorandum: Personam enim ipsam nobis adorandam proponit. Quòd si vrgeant suum illud loquendi genus: Christum etiam secundum naturam humanam esse adorandum, quæro ex iis, secundum quam naturam Christus ipse dixerit, *Ascendo ad Deum meũ, & Deum* Ioan. 20. *vestrum*. Item quæro: Annõ, Deum pro Deo suo verè agnoscere, sit Deũ adorare? Rursus quæro, secũdũ quã naturã dixerit, nos ado-

In. c. Ep.  
ad Eph.

madrio.  
fecit Deu  
m) Item:  
dem Pe-  
ur vel in-  
Ac pro-  
orum sen-  
ufce dif-  
r loquiti  
ti, sic eo-  
us omni-  
ft omni.

ndum hu-  
manitatem  
ex sententia

m verbis  
Christum  
Christus  
m huma-  
am diuel-  
Ioc enim  
ndum hu-  
s: Ergo se-  
Deus: lo-  
religionis  
gratia

Ioan. 4.  
Lib. Thef.  
2.

ramus quod scimus, de quo sic Cyrillus: Sicut Filius, quāuis verè adorādus, tamè adorat vt homo (*nos enim, inquit, adoramus, quod scimus*) sic quāuis Deus secundū naturā sit, tamè Patrem, vt homo, Deum suum appellat. Quare, faceſſat illud loquendi genū in Abstracto, secundū naturam humanam, & cum Scriptura rectè, orthodoxè, ac proinde constantissimè in Concreto dicamus Christum esse adorandum.

Consequens  
refellitur.

Consequens autem superioris obiectionis nullius est momēti, primū quia ex dictis veterum non deducuntur Theologica cōclusiones, deinde quia ex illa adoratione, de qua veteres loquuntur, non rectè inferitur omnipræsencia humanæ naturæ Christi. Censuerunt enim totum Christum adorandum esse ne personam diuellerent. Alioquin si adoratur caro Christi, & propterea est omnipræsens (vt isti concludunt) & nihil aliud adoratur nisi Deus benedictus, vt omnes orthodoxi fatentur (nō enim adoratur creatura, sed Creator, inquit Hieronymus supra citatus) certè caro Christi est omnipræsens: quia est Deus. *ἀδύρατον* & blasphemum.

Item hac ratione facilè tollitur illud ipsum Consequens. Nam quū dicimus, Deū esse adorandum, tum id proferimus quod à nobis præstandum est, & cuius ratio petitur ab ipsius Dei natura. Cur enim Deus est adorandus? Nempe quia est Deus, videlicet,

æter.

æternus, immensus, omnipotens, Creator,  
 Dominus, summè bonus, summè iustus, &  
 quæ in hanc sententiam dici possunt. En tibi  
 ratio quamobrem Deum creatorè res crea-  
 tæ debeant adorare. Quare, qui rectè & ac-  
 curatè volet ex ratione *διδῆναι* differere, non  
 ita concludet, Est adorandus. Ergo est omni-  
 præsens, sed ita potius: Est Deus, videlicet,  
 æternus, immensus, omnipræsens, creator,  
 Dominus, &c. Ergo est adorandus. Sed si ita  
 ratiocineris, est adorandus, ergo omnipræ-  
 sens, tū dices *διδῆναι*: ac propterea quū Dei-  
 tas sit simplicissima, nomine Omnipræsen-  
 tiæ venient reliqua quæ suprâ commemo-  
 rauimus omnia, nempe, æternitas, immensi-  
 tas, omnipotentia, atque omnino ipsa Dei-  
 tas. Sic igitur eadem ratione verissimè, & *ἐξ*  
*ἀνάγκης* concludam: Est adorandus, ergo est  
 æternus, est Creator, est Deus. Quòd si non  
 liceat, non licebit igitur ita concludere, Est  
 adorandus: ergo est omnipræsens. Non enim  
 adoratio magis debetur omnipræsentia,  
 quàm æternitati, quippe quū essentia Dei-  
 tatis sit simplicissima, vti diximus: atque i-  
 dem dices, si dispicias rationem & causam  
 ipsius adorationis, cuius Omnipræsentia  
 non magis est causa quàm æternitas. Ita-  
 que quū non liceat dicere humanam Chri-  
 sti naturam esse Deum: faciliè ruit Conse-  
 quens superioris obiectionis.

## OBIECTIO X.

*Si Solis cursus inhibitus est Iosue, 10. manente nihilominus ea natura qua Sol est mobilis: Ergo nihil vetat corpus Christi circumscriptum esse, & incircumscriptum simul.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris ob-  
jectionis.*

Vitiosissimum Connexum. Primus error: quum ex eo quod per miraculum, idque semel factum legitur, colligunt, scilicet, quæ sit vera, perpetuaque ratio corporis Christi.

Secundus error: quum ex eo quod est *πᾶθος*, argumentantur ad ipsam essentiam. Nam esse mobile, non constituit Solis essentiam, & eius *τὸ τί ἦν εἶναι*. Alioqui cælum ipsum esset Sol, quandoquidem est mobile, atque idem de reliquis syderibus dici possit. Quare, inhibito motu non propterea sublata est solis essentia. Dicit enim Scriptura, Solem stetit: ex quo efficitur, solis remansisse essentiam. Quinetiam si quis velit cum plerisque Scholasticis esse curiosus, existimabit fieri posse, ut post mortuorum resurrectionem Sol maneat sine motu. At qui dicit corpus sine quantitate, & sine propriis dimensionibus, ille dicit corpus, non corpus: quia tollit *τὸ τί ἦν εἶναι* corporis: quum sine quantitate corpus ne animo quidem, & cogitatione concipi possit.

Tertius

Tertius error in ipsius similitudinis dissimilitudine: Nam licet ea qualitas Solis quæ illi cum reliquis syderibus communis est, vt sit mobilis, adeoque ab Oriente ad Occidentem rapiatur: perempta non fuerit: tamen fuit inhibita, & Sol ad tempus moueri desiit: ac tum fuit mobilis potentiâ, sed non actu. Verùm ij, quibus corporis Vbiquitas placet, contendunt corpus Christi simul esse actu finitum & infinitum, visibile & inuisibile, & id genus. Quod perinde est, ac si dicant, Solem moueri & stare simul. Ac profectò, quum id fiet, tum vera erit eorum sententia.

OBIECTIO XI.

*Si humana Christi natura non est omniprensens: Ergo Deitas non aliter habitat in Christo quàm in Sanctis. ἀδωάτωρ. Si dicant humanam naturam sustentari à Verbo, alioquin in nihilum abituram, certè idem de omnibus creaturis dici potest.*

RĒSPONSIŌ.

Nego sequi. Nam Deitas habitat in Sanctis per gratiâ, & habitat in Christo per vnicum Personalem: ac propterea *σωματικῶς* vt ait Paulus: cuius vnicionis accuratâ ratione

*Errores superioris obiectiōnis. Coloss. 2.*



illi ipsi fatentur solum Deum nosse: Itaque licet Deitas habitet in Petro per gratiam, quæ efficit vt Sancti sint suo modo Diuina naturæ *νοσηγορι*, eodem Petro teste: tamen hæc propositio est falsissima: Petrus est Deus, hæc autem verissima: *Christus est Deus benedictus in secula*, inquit Paulus. Adde donorum præstantiam: quibus excellit humana Christi natura, & quibus ipsa natura non aboletur, sed præstantissimè exornatur. Neque dicimus, humanam naturam sustentari simpliciter à Verbo, sed sustentari in vnione Personæ: quod de vlla alia re creata, sine blasphemia, dici non potest.

2. Pet. 1.

Rom 9.

## OBJECTIO XII.

*Christus est iudex: Ergo humana eius natura est Omnisca: Si Omnisca, ergo omnipræfens.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris objectionis.*

Marc. 13.

Christus est Iudex: non quatenus homo, sed quatenus Deus & homo, ac proinde Mediator, Rex, Iudex, Sacerdos, quæ ad ipsam Personam spectant. Rectè igitur enuntiabimus ad hunc modum, Christus est Iudex, Christus est omnisca: sic autem perperam diceretur: Christus secundum humanam naturam est omnisca. Etenim Christus ipse negat filium hominis scire diem

diem nouissimum. Et Lucas testatur Iesum Luc. 2.  
 creuisse sapientia, quæ omnia de humana  
 natura intelligenda sunt. Instant, damnatos  
 fuisse veteres hæreticos, qui Christum esse  
 Omniscium negabant. Respondeo & nos  
 piæ maiorum nostrorum sententiæ suffraga-  
 ri, quandoquidem Christum Deum & ho-  
 minem agnoscimus. Sed illi potiùs videant  
 quonam modo Eutythianorum, & Mono-  
 thelitarum culpam ab se tandem amoue-  
 bunt. Cæterùm hoc Cónexum: Est Omni-  
 scius, ergo omnipræsens, valet in eo qui est  
 Omniscius per se, ac proinde infinitus. Sed  
 quia volunt carnem id accipere à λόγῳ, non  
 tenet igitur consequentia. Nam qui scit ab  
 alio, non est infinitus: quia infinitas neque  
 dari potest, nec accipi. Denique quū scien-  
 tia sit animi, non corporis: quid hoc facit  
 ad omnipræsentiã corporis Christi? Cer-  
 tẽ non videmus eorum qui plura sciunt, cor-  
 pora esse ob eam rem diffusiora.

OBIECTIO XIII.

*Qui negant Omnipræsentiã corporis Chri-  
 sti, illi sentiunt cum Samosareno & Nestorio,  
 nam illi dicebant naturas in Christo esse incom-  
 municabiles. Sunt igitur merito damnandi.*

RESPONSIO.

Falsum est Antecedens. Etenim Samosa-

*Errores si-  
 perioris ob-  
 zectionis.*

K iij

1. Timeth.  
3.

tenus negabat Christum esse θεῶν ὁμοιωσι-  
 quippe quū res diuinas atque hoc præser-  
 tim mysterium vnionis hypostaticæ & ἐν-  
 σαρκώσεως (quodquidem Paulus non sine ra-  
 tione magnum appellauit) humano modu-  
 lo metiretur. At nobis, quæ est Dei gratia,  
 cum illo monstro hominis nihil commune  
 est, qui mysterium hoc verbo Dei traditum  
 adoramus, ipsi Dei verbo penitus adhæren-  
 tes. Ac ne nobis imponat vocabulum, Incō-  
 municabilis, somniabat Samosatenus natu-  
 ram Diuinam esse cum humana natura in-  
 communicabilem: hoc est, nō posse vniri v-  
 nione hypostatica in Christo. At nos verbo  
 Dei duce, vestigiis piorum maiorū insisten-  
 tes, vnionem illam hypostaticam, magna cū  
 reuerentia, recipimus, constantēque sanctis-  
 simum hoc dogma retinemus. Quod si no-  
 men communicationis ambiguum & malè  
 intellectum inuehat confusionem, vel, trāf-  
 fusionem naturarum & naturalium proprie-  
 tatum in Christo: nos certè communicatio-  
 nem hanc naturarum, hoc est, naturarum cō-  
 fusionem, vel, transfusionem, eodem verbo  
 Dei duce, iisdēque piorum maiorum ve-  
 stigiis insistentes, piè & sanctè reiciimus at-  
 que in posterū fauente Deo, constanter re-  
 iiciemus. Atque hæc de Samosateno à nobis  
 valere iusso breuiter dicta sint. Ad Nestoriū  
 quod attinet, iure ille damnatus est, eò quod  
 negaret, Sanctissimam virginem esse Deipa-  
 ram!

ram: quum pij maiores nostri cōstanter defendere Mariam esse θεοτόκον, quamvis nō sit mater Deitatis. Atque hoc nos ita in istos retorquemus, simili ratione: Quāuis corpus Christi, vel humana eius natura non sit vbi- que: tamē ὁρθοδόξως dicendum esse, Christū hominem esse vbi- que nempē in Cōcreto (nā Christus qui homo est, idem est ὁ λόγος, infinitus & æternus: ) quod quidē in Abstracto de Christi corpore dici ὁρθοδόξως nō potest.

Expōsitis & discūssis illis obiectionibus, quas, qui dogma Vbiquitatis tuētur, sibi visi sunt ex natura vnionis hypostaticæ de- promere, nunc ad eos Scripturæ locos accedēdū est, quos illi proponunt ad suæ sententiæ cō- firmationem. Vt autem nostræ respōsiones sint faciliores ac breuiore: primū omniū quædā Theoremata à Theologis omnibus recepta commemorabimus, à quorum veri- tate nostrarum respōsionū veritas manabit.

Conclusio.

1. Theorema, *Quædam dicuntur de Christo, quæ secundum Diuinam eius naturam tantum intelligēda sunt*: vt, Christus est Deus benedi- ctus: Antequā Abraham fieret, ego sum. Per quem fecit & secula. Verus Deus & vita æ- terna. Primogenitus omnis creaturæ: nā per eum creata sunt omnia quæ sunt in cælis & in terra, &c. Et ipse est ante omnia. Et alij loci consimiles.

Quinque  
Theorema-  
ta ad locos  
Script. intel-  
ligendos ne-  
cessaria.  
Rom. 9.  
Ioan. 8.  
Heb. 1.  
1. Ioan. 1.  
Col. 1.

2. Theorema, *Quædam dicuntur de Christo, quæ secundum humanam eius naturam tan-*



Luc. 1.  
Luc. 2.  
Matth. 4.  
Matth. 16.  
Matth. 26.  
Ibidem.

Rom. 1.  
1. Pet. 4.

Matth. 17.  
Eph. 5.  
1. Timoth. 2.  
Heb. 8.  
Heb. 9.  
1. Cor. I.

iam intelligenda sunt: vt, *Ecce concipies & paries filium. Iesus proficiebat sapientia & statura, & gratia apud Deum, & apud homines. Quum ieiunasset quadraginta dies & quadraginta noctes, tandem esuriit. Tum cepit exponere discipulis, futurum vt multa pateretur, &c. morti tradideretur, &c. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Non quod volo, sed quod tu vis, &c.* In his duobus aliquando Scriptura distinctionem apponit. *Vt factus ex semine Dauid secundum carnem. Item: Christo igitur passo in carne, &c.* Aliquando non apponit, vt patet ex superioribus.

3. Theorema, *Quaedã dicuntur de Christo, qua secundum eius Personam tantum intelligenda sunt: hoc est, quæ priuatim & propriè nõ pertinet ad alterã ex naturis. Vt: Hic est filius ille meus dilectus in quo acquiesco, ipsum audite. Christus est caput Ecclesie, Seruator sui corporis. Vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Præstantioris testamenti Mediator. Qui per Spiritum æternum seipsum obtulit Deo. Qui nobis factus est à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Et consimilia pleraque, ea præsertim quæ ad ipsius officium pertinent, dicunturq; de toto Christo, & de toto Christi, nempe agente Deitate quæ Diuina sunt, humanitate verò quæ humana (inquunt vteres.)*

4. *Quadam dicuntur de Christo Deo qua secundum*

secundum eius humanam naturam intelligenda sunt, vt, Nunquam Dominum gloria crucifixissent. Deus acquisiuit Ecclesiam sanguine suo. 1 Cor. 2.  
Act. 20.

5. Quadam dicuntur de Christo homine, quae secundum eius diuinam naturam intelligenda sunt, vt, nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo: Filius hominis qui est in caelo. Filius hominis habet potestatem remittendi peccata. Si videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius, &c. Quae quidem ita dicuntur de toto Christo vt non dicantur de Toto Christi. Ioan. 3.  
Matth. 9.  
Ioan. 6.

Hec quia suam lucem pra se ferunt, non est quod longiori oratione confirmetur: & ea ipsa sunt, quae occasionem dederunt piis maioribus, vt doctrinam de comunione proprietatum introducerent, nequi forte ex aliquot Scripturae locis perperam intellectis, a vera doctrina vnionis hypostaticae aberrarent, quemadmodum ante diximus.

Peto igitur a lectoribus, vt superiorum theorematum meminerint, quandoquidem intra hos cardines vertetur omnis nostra responsio, & diligenter animaduertant, Abstracta esse a Concretis distinguenda: quia Abstractis vocibus naturae significantur absolute & ἀπλῶς: Concretis vero vocibus significantur, Relate, siue, quatenus vnita. Sed iam locos Scripturae nobis obiectos expendamus.

incipit & sta-  
tia & sta-  
nd homi-  
a dies &  
Tum ca-  
multa pa-  
Tristis est  
quod volo,  
aliquan-  
nit. Vt sa-  
uorem. I.  
&c. Ali-  
superiori-  
de Christo,  
intelligen-  
roprie no  
Ic est filiu  
um audire.  
u corporis.  
o Christus  
ator. Qui  
Deo. Qui  
a, sanctifi-  
eraque, ea  
pentina,  
oto Chri-  
uina sunt,  
(inquant  
to Deo qua  
secundam



## LOCVS I.

Responſo ad  
Scripturales  
eos obie-  
ctas.

**D**IXIT Domino meo ſede ad dexterā  
meam. Pſal. 110. Collocauit eum ad  
dexteram ſuam in cœleſtibus: ſupra  
omnem principatum, & poteſtatem,  
& virtutem, & dominationem, & omne nomen  
quod nominatur non tantum in hoc ſeculo, ſed etiā  
in futuro. Et omnia ſubiecit pedibus eius, & con-  
ſtituit eum caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ. Eph.  
1. Adde I. Pet. 3. & locos conſimiles. Ergo corpus  
Chriſti eſt omnipreſens, & vbique: Conſequentia  
patet quia dextera Dei eſt vbique. Dextera tua  
ſuſcepit me. Dextera Domini facit virtutem. Sal-  
uum me fac dextera tua, & loci conſimiles.

¶ C. 18. 118.  
108.

## RESPONSIO.

Errores ſu-  
perioris ob-  
iectionis.

Fallit Conſequens. Nā loci citati loquun-  
tur de Perſona, & iſtud Conſequens, eſt de  
humana natura. Hoc autem argumentandi  
genus vitioſum eſt, vt antè admonuimus. Er-  
ror eſt παρά τὸ ἐπιόμενον: vt enim valeret hoc  
connexum: neceſſe eſſet hanc propoſitionē  
veram eſſe, Quæcunque dicuntur de perſo-  
na Chriſti, ea poſſunt verè & realiter enun-  
tiari de humana ipſius natura. Sed hoc falſi-  
ſimum eſt, & dari poſſunt ἐπιλόγαις locupletif-  
ſimæ, omnique exceptione maiores. Col. 1.

Qui

Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus  
 omnis creaturæ, &c. Heb. i. *Per quem fecit &  
 secula.* Ioh. 8. *Antequam Abraham esset ego  
 sum,* &c. Ceterum, quàm variè Sessionem ad  
 dexterā Dei ipsi etiam veteres exposuerint:  
 nec tamen vllus eorum vnquam inde colle-  
 gerit corpus Christi esse omnipræsens, faci-  
 le dignosci potest ex multis eorum scriptis  
 qui hoc argumentum tractauerūt, quæ qui-  
 dem nolo hīc inferere, cū vt breuitati stu-  
 deam, tum, vt ne videar à nostræ methodi  
 ratione discedere. Quamobrem pauca quæ-  
 dam afferam, eadēque ex sacris literis peti-  
 ta quibus nostra poterit sententia *ἁποδεκτι-  
 κῶς* confirmari. Atqui vt nostrā hæc respon-  
 sio facilius intelligatur, quædam propone-  
 mus ad exponendam sessionem Christi ad  
 dexteram Patris.

I. Sessionem ad dexteram Dei significare  
 gloriam, potestatem & summum imperiū in  
 res creatas. Id quod perspicuum est ex locis  
 illis quos nobis obiciunt. Nā in Psal. 110. fit  
 mētio scripti, dominatiōis, iudicij, victoriæ,  
 ipsaque ad eō Psalms series nos eō deducit.  
 Et Eph. 1. *Omnia subiecit pedibus eius. Cōstituit  
 eum super omnia,* &c. Adde Act. 2. *Dixit Domi-  
 nus Domino meo. Sede ad dexteram meam,* &c.  
*Sciat vniuersa domus Israel, quōd Deus eū fecit  
 Dominū & Christū,* &c. Math. 26. *Videbitis Fi-  
 lium hominis sedentē ad dexterā virtutis.* I. Cor.  
 15. *Oportet eū regnare vsq; dū subiecerit omnes  
 inimicos pedibus suis.* Hoc autē loquēdi genus

De sessione  
 ad dexterā  
 Patris.

est metaphoricū, & significat æqualem gloriam & æquale Imperium cum Deo Patre, sumpta à rebus humanis similitudine.

2. Sessionem ad dexteram Dei tribui Personæ, & nunquam seorsum alteri naturæ Christi, sed ipsi Christo *θεοῦ ὑπόστασις*: Id quod patebit ex ipsa lectione: atque adeò ex locis illis quos obiiciunt.

3. Sessionem ad dexteram Dei nusquam alibi proponi quàm in cælis, idque post resurrectionem Christi: nimirum ut credamus humanam Christi naturam in cælo collocatam, ibi summa gloria perfrui, nec eam alibi quæramus. Nam diuina natura cælum & terram implet, inquit Propheta. Marc. 16. *Sublatus fuit in cælum, & sedit ad dexteram Dei.* Act. 2. *David non ascendit in cælum, sed ipse dicit, dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam.* Rom. 8. *Christus qui mortuus est, qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei.* Col. 3. *Si resurrexistis cum Christo, ea qua sunt sursum quaerite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens: non qua super terram.* Heb. 1. *Purgatione peccatorum per seipsum facta sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, &c.* 8. *Qui sedet ad dexteram throni Maiestatis in cælis:* 1. Pet. 3. *Qui est ad dexteram Dei, profectus in cælum, &c.*

4. Sessionem ad dexteram Dei Christum à Patre accipere, Ps. 110. *Sede ad dexteram meam.* quæ quidem sunt verba, non *λόγου* ad humanam naturam; Sed Patris ad Filium *θεοῦ*

*ὑποστασις*

Ἐπιταφίαν: ad eam ut sessio ad dexteram, non possit referri ad realem illam Diuinarum proprietatum communicationem, quā illi proponunt, ab vnione personali manantem.

5. Christū sedentem ad dexteram Dei fungi officio Mediatoris pro nobis. 1. Tim. 2. *Vnus est Deus, & vnus Mediator Dei & hominum homo Iesus Christus.* 1. Ioh. 2. *Siquis peccarit, Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Rom. 8. *Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Heb. 7. *Talis nos decebat Pontifex sanctus, innocens, impollutus, sublimior caelis factus, &c.* 8. *Habemus talē Pontificem qui consedit ad dexteram throni Maiestatis in caelis, minister Sāctuary, &c.* 9. *Ingressus est in caelum ipsum ut nunc appareat pro nobis in conspectu Dei, &c.*

6. Summam illam gloriā, cuiusmodi est victoria de hostibus omnibus, &c. ad Deum ipsum diuināque eius potentiam esse referendam. Sic enim in illo Psal. nobis obiecto: *Donec ponā, inquit, hostes tuos scabellum pedum tuorum.*

Ex quibus omnibus colligo, Sedere ad dexteram Dei, dici de ipsa Christi persona, non tamen vna eadēque ratione. Iuxta Theorema à nobis loco tertio propositum: pertinet enim ad officium Mediatoris, Regis, Sacerdotis, & eius qui est caput Ecclesiae. Quare neque dicēdum est in Abstracto,

alem glo-  
Deo Patre,  
line.  
tribui Pet  
ri natur  
Id quod  
ex locis  
ei nusquam  
ne post re-  
credamus  
lo colloca  
eam allibi  
lum & tet  
c. 16. Sub  
eram Dei  
n, sed ipse di  
e ad dexteri  
est, qui re-  
col. 3. Si re-  
sursum qua-  
Dei sedenti  
tione pecca-  
dexteram ma-  
ad dexteram  
e. Qui est ad  
cc.  
Christum  
dexteram meā  
ou ad huma-  
illum Sicut  
Sperni

humanam Christi naturam habere æqualem gloriam cum Deo: alioquin esset Deus: nec rursus dicendum est: Diuinam naturam Christi, postquam Christus ipse resurrexit, accepisse æqualem gloriam cum Patre, quãdoquidem eam semper habuit. Sed verissimè dicemus de ipsa Persona, hoc est, de Christo ipso *θεανθρωπος*, eũ habere æqualem hoc est, eandẽ gloriam cũ Patre: quia Deus est, accepisse autem, quia est *θεβνθρωπος*. Ergo, inquis, habet summam illam gloriam, secundũ humanam naturam. Ego verò nego hĩc esse subsistẽdum: & facillè video, particulam illam *Secundũ*, occasionem errori dedisse: quem vt eripiamus, hæc distinctio proponenda est. Aliud esse, dici secundũ humanam naturam: aliud, propter humanã naturam assumptam à *λόγω*, hoc enim posterius personã infert. Sed illud loquendi genus: *Secundũ humanam naturã*, significat proprietatem humanæ naturæ, quæ proinde non sit diuinæ naturæ proprietas: siquidem velimus loqui cum Scriptura. Sic enim Paulus: *Christus factus est*, inquit, *ex semine Davidis secundũ carnem*: itẽmque, *Christus est ex Israelitis, secundũ carnem*: quæ quidem ita propriè dicuntur de humana natura, vt de Diuina Christi natura dici nõ possint. Quare, si sedere ad dexteram Dei significat habere æquale imperium & æqualem gloriam cum Deo, atque id dicatur de Christo secundũ

De vocabu-  
lo *Secun-  
dũ*.

Rom. 1.  
Rom. 9.

cundum humanam naturam, certe sessio ad dexteram Dei erit humanæ naturæ proprietatis, non autem diuinæ: ἀδύνατον. (quinetiam illi ipsi referunt sessionem ad dexteram Dei ad communicationem realem proprietatum Diuinarum.) Et quia nihil est æquale Deo nisi ipse Deus, ergo Christus erit Deus secundum humanam naturam, quod ne fando quidem auditum est. Atenim, inquis, nõ rectè dicemus, τὸν λόγον accepisse æqualem cum Patre gloriam, posteaquam Christus à mortuis resurrexit, & in cœlum ascendit: quam potius habuit ab æterno. Respondeo, id non dici de λόγῳ simpliciter, sed de λόγῳ vnito, ac proinde dici de λόγῳ propter humanam naturam quam assumpsit. Quasi dicamus, æternam gloriam τῷ λόγῳ quam ipse ad tempus voluit esse minus conspicuâ, post resurrectionem Christi & eius ascensionem in cœlum, in humana natura plenissimè reluxisse. Sic quod dicit Petrus, *Fecit eum Dominum & Christum*, non est intelligendum de humana natura per se, sed de persona Θεοῦ-ὁρώπου. Alioqui sequeretur Christum esse tantum secundum humanam naturam: quod est absurdissimum. Sed hoc sibi vult Petrus, ita statutum esse à Deo, vt æternus Dei Filius in ipsa humananatura quâ assumpsit, summum in res oēs creatas Imperium exercent. Ergo, inquis, humana Christi natura est particeps

AG. 2.

fessionis ad dexteram Dei. Certè: sed suo mo-  
 do & quatenus humanæ naturæ conditio fer-  
 re potest. Nam si gloria τῆ λογικῆ tum in cœ-  
 lo, tum in vniuerso terrarum orbe clarissi-  
 mè refulget, quantò magis tantus ille fulgor  
 humanam naturam in vñionem personæ af-  
 sumptam illustrabit? Nec verò pigebit hic  
 accommodare similitudinē lucernæ ab Eu-  
 sebio propositam. Vt enim candelæ lumen  
 ita longè latè que diffunditur, vt imprimis lu-  
 cernam ipsam illustret: ita quis dubitet hu-  
 manam Christi naturam Diuinæ gloriæ ra-  
 diis imprimis illustrari? sed tamen semper  
 adhibenda est differentia inter illustrans &  
 illustratum. Rectè enim Augustinus, *Gloriam  
 corpori dedit, inquit, naturam non abstulit.*  
 hæc ille. Et certè humana natura non potest  
 esse gloriosa, nisi sit & maneat humana na-  
 tura. Summa hæc est: In Sessione ad dexterā  
 Patris & glorificatione Christi, de qua apud  
 Iohannem cap. 17. (qua de re nobis paulò  
 post agendum erit) duo considerari: nempe,  
 quòd ad λόγον attinet, patefactionem sum-  
 mam summæ illius gloriæ, quam ab æterno  
 habuit, & quam ad tempus non exeruit, pro-  
 pter infirmitatem carnis. Deinde, quòd ad  
 humanam naturam attinet, summam perfe-  
 ctissimamque ipsius glorificatæ illustratio-  
 nem, tum beatitudinis, tum imperij in res  
 omnes creatas, atque ita, vt in creaturæ es-  
 sentia permaneat. Sed iā excutiamus ratio-  
 nem

De demō  
 2r. Euan.  
 lib. 7.

nem consequentiæ ab illis propositam.

Dextera Dei est vbique, inquit. Ergo <sup>Consequentiæ</sup> humana Christi natura, quæ ad dexteram Dei <sup>redarguitur.</sup> euecta est vbique. Respondeo id quod euehitur, nõ esse confundendũ cum eo ad quod euehitur. cæterum illam ratiocinationem sequentibus incommodis redarguo.

Si hoc connexum valet: Dextera Dei est <sup>Incommoda</sup> vbique. Ergo corpus Christi euectũ ad <sup>superioris</sup> dexteram Dei est vbique: similiter hoc connexũ <sup>conclusionis</sup> valebit: Dextera Dei est ab æterno, ergo corpus Christi est ab æterno. *ἀδύνατον*. Item: Si illud cõnexum valet, valebit quoque istud: *Dextera Dei fecit cælũ & terram* (inquit Stephanus post prophetam) Ergo corpus Christi fecit cælũ & terrã, & sexcenta eiusmodi. <sup>Act. 7.</sup>

Porro non leuiter hîc peccant in ipsa etiã differendi ratione, *παρὰ τὴν ἀνομίαν τῆ ἐλέγχου*. Dextera Dei, inquit, est vbique: ergo corpus quod sedet ad dexteram Dei, est vbique: nam retinendum fuit totum loquendi genus, hoc modo: corpus quod sedet ad dexteram Dei sedet vbique. Ac tum obiicerẽ clarissima Scripturæ testimonia, quæ sessionem Christi ad dexteram Patris in cælo constituunt, vt antè dixi. Citarem Stephanum cui Christus stans ad dexteram Dei visus est, idque in cælo. Sic enim ille, *Video*, inquit, *cælos apertos, & Filium hominis stantem ad dexteram Dei*: proferrem quod ait Scriptura, *Christum nobis è cælo expectandum esse*. Deni-

<sup>Ibidem:</sup>

<sup>1. Thess. 1.</sup>

que vrgerem id quod in Symbolo profite-  
mur, Christum ascendisse in cœlum, sedere  
ad dexteram Patris, & inde venturum vt iu-  
dicet viuos & mortuos. Inde, hoc est, è cœlo,  
non autem ex Omnipræsentia, vt exponen-  
dum esset ex illorum sententia. Vt autē va-  
leret eorum argumentum: ita dicendum es-  
set, Dexteram Dei est vbique. Corpus Christi  
est dexteram Dei: Quare, corpus Christi est v-  
bique. Quod quàm absurdè dicatur, illi ipsi  
fatis sentiunt.

Atque omnino quia nō est *διαλεκτέον τῶν  
μεταφορῶν*, nō ex ipsis vocabulis & phrasibus,  
sed ex illarum significatione argumentan-  
dum est. Deus enim neque dextram habet  
neque sinistram, Anthropomorphitis iam-  
pridem valere iussis. Itaque si ex verborum  
significatione velimus argumentari, ita dice-  
mus: Christus habet summum imperium, &  
summam gloriam, illa autem sunt vbique,  
quia exercet imperium in res omnes crea-  
tas: Corpus autem Christi est suo modo par-  
ticeps huius gloriæ: Itaque corpus Christi  
est particeps eius imperij, quod est vbique.  
Quia verò gloria & Imperium Christi non  
est corpus Christi: idcirco malè ita conne-  
ctitur: Imperium Christi vbique est, ergo  
corpus Christi est vbique.

Nam (vt id nobis liceat mutuari ex rebus  
humanis) licet potentissimi alicuius Regis  
potentia longè latè que diffusa sit, non ta-  
men

men propterea Regis illius corpus longè  
latèque diffundetur. Error est *παρε το χημια*  
*της δεξωας*. Nam quærunt, quid sit dextera  
Dei: non autem, quid sit, sedere ad dexte-  
ram Dei.

Nunc retorqueamus locum nobis obie-  
ctum, & doceamus, in hac obiectione illos  
sibi ipsis repugnare. Nam quæro, an humana  
Christi natura sit ad dexteram propter vnio-  
nem hypostaticam, an propter glorificatio-  
nem ipsius Christi. Si propter vnionem hy-  
postaticam, primùm hoc repugnat Scriptu-  
ræ, quæ non antè meminit Sessionis ad dex-  
teram Dei, quàm Christus resurrexit (vt an-  
tè admonuimus) deinde confunditur exina-  
nitio & humiliatio Christi cum eius gloria,  
contra expressa verba Apostoli. Et nomina-  
tim Iohannes. *Nondum, inquit, Iesus erat glo-*  
*rificatus.* Quinetiam inuertendus erit ordo no-  
stri Symboli, atque ita dicendum, *Qui tunc ce-*  
*ptus est de Spiritu sancto: Sedet ad dexteram Pa-*  
*tris. Natus est ex Maria virgine, &c.* quod  
quàm aptè & conuenienter dicatur, vel illi  
ipsi diiudicent.

Sin autem Sessionem ad dexteram Dei re-  
ferant ad ipsius Christi glorificationem: ergo  
renuntiant suis omnibus argumētis, de reali  
proprietas communicatione. Nā ex eorum  
sententia, corpus Christi nō erit vbiq; pro-  
pter vnionem personalem, sed propter glorifica-  
tionem Christi, quæ cœpit ab ipsius resurre-

Retor-  
tur obiectioni

Phil. 2:

Ioan. 7:



Etione. Personalis autem unio longè antecessit glorificationem.

Ac de hoc quidem loco hætenus, de quo paulò copiosius egimus, ut in sequentium locorum expositione, qui eòdem spectant, sumus breuiores.

## LOCVS II.

Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius. Non ad mensuram dat Deus Spiritum. Ioh. 3. Adde, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: Matth. 28. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Mat. II. Deus eum summè exaltauit, & donauit ei nomè quod est supra omne nomè, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod Iesus Christus est Dominus in gloria Dei Patris. Ph. 2. Dedit ei imperium & regnum, & omnes populi ei seruient, & imperium eius est æternum. Daniel. 7. Dedit ei potestatem exercendi iudicium quia Filius hominis est. Ioan. 5. Deus hunc Iesum fecit Dominum & Christum Act. 2. Ergo corpus Christi est ubique, omnipresens, omnipotens, &c.

## RESPONSIO.

*Errores superioris ob-  
servationis.*

Fallit Consequens: iis ipsis rationibus quæ proximè à nobis commemoratæ sunt. Quare, paucis errores recenseamus istius argumentationis.

Primus error: Quòd quum illi omnes loci agant

agant de *θεανθρώπων* in Concreto: concludūt illi de Christi corpore in Abstracto: quod vitiosum esse antè docuimus. Atque vt vno verbo transigamus.

Secundus error: Quia malè cōcluditur ab imperio & potestate, siue authoritate (quæ si gnificatur nomine *ἐξουσία*) ad præsentia corporis. Quia imperium Christi nō est corpus Christi. Hic autē error facilè refutatur vel eo capite doctrine, quo credimus Christū è cœlo in terras venturum, vt viuos & mortuos iudicet, vbi summam eius maiestatem, ipsamque potestatem iudicandi maximè fore conspicuam, nemini dubium esse potest. Quī fit igitur vt ex potestate iudicandi inferatur corporis Vbiquitas? Sic enim Paulus: *Qui iudicabit viuos & mortuos in apparitione sua & regno.* Rursus ex donis Spiritus sancti non datis ad mensuram, perperam colligitur Omnipræsencia corporis, estque *μετάβασις εἰς ἀλλὸ γένος.* Hoc igitur tantum potest colligi ex illis locis, Christum *θεανθρώπων* accepisse à Patre immensa Spiritus sancti dona, summum ius & imperium, cum gloria, in res omnes creatas, cuius imperij & gloriæ humana eius natura summè est particeps, sed suo modo, hoc est, quatenus humanæ naturæ cōditio ferre potest. Qui verò locos illos intelligunt secundum humanam naturam Christi per se duntaxat, videant quid responsuri sunt ad hæc Pauli verbâ: *Sistemur*, inquit,

2. Timo. 4.

Rom 14.

L iij

Esa. 45.

Phil. 2.

Heb. 1.

omnes apud tribunal Christi: Scriptum est enim: *Quo ego, dicit Dominus, omne genua flectetur mihi, & omnis lingua confitebitur Deo.* Quem propheta locum Paulus etiam usurpauit in loco nobis obiecto, ut ex illis ipsis verbis manifestum est. Adde alium locum Apostoli ad Heb. *Thronus, inquit, tuus Deus in seculum seculi: virga aequitatis, virga regni tui, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae praesens consortibus.* Et, *Tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt, tu autem permanes,* &c. Ex quibus manifestum est, thronum illum iudicij ad illum pertinere qui Deus est: ac proinde ad *θεῶν θρόνον*, nobisque hic religiose cum Scriptura loquendum esse de *θεῶν θρόνο* in Concreto, non autem in Abstracto, & per se de humana Christi natura, ne carni Deitatem tribuere videamur. Quod absit. Est & aliud grauissimum incommodum, in quod incurrunt, quod ego sic paucis expono: Si haec Christi verba: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo,* & consimilia nobis obiecta, intelligenda sunt secundum humanam naturam per se in Abstracto, & de reali diuinarum proprietatum communicatione (ut illi volunt) ergo Pater assumpsit humanam naturam, *ἀδούρατον & ἐτερόδοξον*. Consequens patet: Nam Pater is est qui communicat: & illa communicatio fit vi unionis hypostaticae, ut illi ipsi tradunt: & eam necessario consequitur.

Incommoda  
superior. ob  
jectionis.

quitur. ergo realis communicatio proprietatum inter Patrem & humanam naturam, ac proinde Vnio hypostatica constituenda fuerit. quod absit. Dicamus igitur potius in superioribus illis locis, esse relationem, non λόγῳ ad humanam naturam, sed Patris ad Filium θεάνθρωπον. Id quod perspicuum est ex his Christi verbis: *Sicut Pater habet vitam in seipso: ita dedit & Filio habere vitam in seipso, & auctoritatem dedit ei etiam iudicium exercendi, eo quòd Filius hominis est*, inquit. Vbi vides manifestè Patrem communicare Filio, hoc est, personæ: non autem λόγον communicare humanæ naturæ. Quòd si Pater communicat humanæ naturæ diuinas proprietates, certè ex ipsis eorum argumentis, Pater assumpsit personaliter humanam naturam, vt iam diximus. Porro, nisi intelligas hunc locum de θεάνθρωπῳ, quomodo stare poterunt hæc verba, *quoniam Filius hominis est*? Nam si Christus iudicium in res omnes creatas exercet, eò quòd est homo: certè hoc erit humanæ naturæ proprium, ac proinde reliquis omnibus hominibus conueniet. Ἀδύνατον. Item: sic paulò antè Christus, *Sicut Pater excitat mortuos & viuificat* (inquit) *Ita Filius quos vult viuificat*: quem locum plerique de ipsa resurrectione ex mortuis intelligunt, & tunc de humana natura non potest intelligi, quæ

& ipsa Dei virtute à mortuis excitata est. Enimuerò si illa omnia quibus salus nostra continetur, tribuuntur humanæ carni ex locis superioribus: quæro, nihilne præstiterit ὁ λόγος eorum quæ ad salutem nostram pertinent? Absit vt id vel cogitemus. Ergo nomine Filij, λόγον cum humana natura personaliter vnitum intelligas necesse est: alioqui nulla facta fuerit mentio τῆς λόγου: quippe quum nomē Patris non significet τὸν λόγον. Vtinā hæc apud se seridè expendant illi qui nobis locos superiores obiiciunt.

De loco  
Pauli ad  
Phil. 2.

Sic porrò instant: Locus ille Pauli ad Philipp. intelligendus est secundùm humanam naturam. Nam hæc verba: *Sumpta serui forma*, nonnulli ex Veteribus referunt ad formam ipsam seruilem: hanc autè post resurrectionem deposuit, & ei gloriæ maiestas restituta est. Respondeo: Locum illum de persona, non autem simpliciter, secundùm humanam naturam esse intelligendum, quemadmodum doctissimi quique veteres censuerunt. Id quod facildè ex ipsis verbis elucescit. Sic enim Paulus, *Qui quum in forma Dei esset. (ὕπαρχων, inquit, cuius vocabuli vis imprimis spectanda est) non duxit rapinam, parem esse cum Deo: sed seipsum exinaniiuit sumpta serui forma.* Hæc Paulus: *Quem quis non videt agere de æterno Dei Filio, qui nouissimis temporibus humanam*

Aug. Epi.  
146.  
Theodor.  
Dial. l. 2.  
Ambr. de  
fide contr.  
Arr.  
Nazian.  
in dist. E.  
uåg. Mat.  
19, &c.

manam naturam assumpsit, vt opus redemptionis, salutisque nostrae perageret? Alio-  
 qui, si quis Apostoli verba de humana tantum Christi natura accipiat, haec incommoda consequentur. Primum sequeretur humanam naturam esse aequalem Deo. Sic enim Paulus: *Nō rapinam duxit, parem esse cum Deo.* At hoc est plusquam absurdum. Hoc enim *ἀξίωμα* in Theologia certissimum est: Nihil creatum esse equale Deo. Item: Sequeretur humanam naturam assumpsisse humanam naturam ex his verbis, *Sumpta serui forma*: vt paulò post videbimus. At illud est *αὐτός αὐτόν*. Item: Sequeretur haec verba, *esse in forma Dei* ad humanam naturam Christi esse referenda: ac proinde illi Deitas tribueretur: vt mox explicabimus. Amplius sequeretur: aut humanam naturam esse aeternam, aut aeternitatem non pertinere ad formam Dei. Vtrunque falsissimum, Denique sequeretur, ex incarnationem Christi non coepisse ab ipso tempore conceptionis, cōtra Theologorum omnium sententiam, adeoque contra illorū ipsorum dogma. Cū enim concipi in utero pugnet cum Vbiquitate corporis, coguntur illi conceptionem corporis Christi referre ad ipsius humiliationem, & vt loquuntur, Abdicationem: qua de re iam aliquid diximus, quum illam distinctionem refelleremus.

Ad veterum expositionem quòd attinet,

*Incommoda  
 false expositionis  
 loci sit  
 perioris.*

De dictione  
μορφῆς.

absit vt illi negent τὸν λόγον sumpsisse verā humanam naturam: Nam qui dicit seruilem formam, non tollit serui essentiam, & naturam. Ceterum dicitio μορφῆς, propriè quidem & primaria significatione, nō significat essentiam: Sed quia forma ( de commentitiis formis non agimus ) in rebus naturalibus, sine subtracta essentia, esse non potest, idcirco sæpe fit, vt μορφῆς significet etiam essentiam, nempe ex consequenti, ad eò vt ex locorum circumstantiis res ipsa dispicienda sit. Atque vt ad locum hunc accedamus, Forma Dei ab ipsius Dei essentia separari non potest: Nam æterna Dei maiestas est ipse Deus. Est enim simplicissima essentia, cuius οὐσία & τὸ εἶναι idem est: Ex quo fit, vt hoc connexum sit verissimum. Est in forma Dei: Ergo est Deus. *Gloriam meā alteri non dabo*, inquit ipse Deus.

Itaque in hoc priore membro, μορφῆς, apud Apostolum, essentiam significat, & in posteriori membro, idem significet necesse est, propter circumstantiam loci, vt posterius membrū priori respondeat, & vtrobiq; veritas naturæ significetur. Nec te iuabit si dixeris, hīc μορφῆν accipi pro seruili forma: semper enim vrgebo, non potuisse assumi seruilem formam, nisi serui natura fuisset assumpta. Nec enim vlla vera forma esse potest, nisi sit alicuius essentia forma. Quinetiam, Paulus vtitur his vocabulis, ὁμοίωμα-  
τι, ἡ-

τι, *χρήματι*, quæ non opponuntur ipsi essentia, sed ad eam potius referuntur. Etenim hic est sensus Apostoli, Filium Dei verè fuisse in carne exhibitum, quemadmodum ex humana ipsius figura, humanoque habitu fuit omnibus cognitum & perspectum. Quare, non immeritò damnati sunt veteres hæretici, qui hoc Apostoli loco abutebantur, vt veritatem humanæ naturæ Christi negarent. Quos maiores nostri egregiè cōfutarunt ex hoc ipso loco, & ex his verbis: *Fuit obediens (inquit Paulus) vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quibus verbis factis declarauit se nominibus *ὁμοιώματος*, & *χρήματος* non intelligere spectrum aliquod inane, aut imaginem nudam affixam cruci (quibus rebus video Pontificios, imprimis, & recentiores Monachos Iesuitas delectari, qui spreto vero Iesu, vanam Iesu similitudinem atque imaginem vulgò circungestant) sed loqui de vera humanæ naturæ essentia, quam omnes ex veris ipsius naturæ *πράξεσι* dignoscere potuerunt.

At enim (inquiunt) Christus post resurrectionem, formam seruilem deposuit. Respondeo, Si per seruilem formam, intelligūt mortalitatem, & cetera eiusmodi, quibus Christus defunctus est, tum quum in terris versaretur: seruilem illam formam fuisse depositam: sed simul affirmo, formam serui, hoc est humanam naturam depositam non fuisse. Sic enim Christus post resurrectionem,

Ioan. 20.

*Ascendo (inquit) ad Patrem meum & Patrem vestrum: ad Deum meum & Deum vestrum.* Et

Heb. 8. 6.  
49.

in epistola ad Hebr. *Sedet ad dexteram throni maiestatis in caelis, minister Sanctuarij, λειτουργός τῶν ἁγίων.* Manet enim Christus summus Sacerdos, manet Mediator Dei & hominum, qui ad summam illam gloriam euectus, interpellat pro nobis, inquit Paulus.

Rom. 8.

Sic autem instant: Deitatem nec humiliari posse, nec exaltari. Respondeo, τὸν λόγον fese exinaniuisse, quatenus humanam naturam assumpsit, morti & παθήμασιν obnoxia.

Sic enim Deo visum est, & hæc fuit planè admirabilis nostræ salutis οἰκονομία, ut quæ admodum omnia per ipsum λόγον creata sunt, ita per eundem Ecclesia redimeretur. Hæc autem exinanitionem rectè veteres dixerunt fuisse *inclinationem miserationis, nõ defensionem potestatis.* Itaque æternus Dei filius dicitur exinanitus, non simpliciter, sed propter humanam naturam quam assumpsit: & dicitur exaltatus in humana natura, quæ sua gloria illustravit, quoad humanæ essentiæ ratio ferre potuit: quemadmodum antè diximus. Ut enim, opposita nube, Sol dicitur obscurari, idque non in se, sed relatè, videlicet propter nubem, ita ὁ λόγος (nobis enim liceat tantum mysterium aliquo simili adûbrare) dicitur exinanitus propter humanam naturam. Et quemadmodum nemo rectè dixerit: ipsam nubem obscurari: Ita exinanitio de qua

de qua Paulus loquitur, tribuēda non est car-  
 ni Christi, licet propter carnis assumptionē  
 & ἐσαρκωσιν ὁ λόγος dicatur exinanitus: non  
 autem caro dicitur exinanita. Quòd si vrgeat  
 verbum, Exinaniuit, atque ita concludant:  
 Seipsum exinaniuit: Ergo ad humanam na-  
 turam referendū est, quæ se exinaniuit: quia  
 Deitas non potest esse exinanita: Ego vicif-  
 sum sic vrgebo: *Filius Dei descendit de cælo*  
 (vt ipse testatur.) Ergo id referri debet ad  
 humanam naturam, quæ de cælo descende-  
 rit, quia Deitas non potest descendere. At  
 falsum est, humanam naturam de cælo de-  
 scēdisse. Hinc igitur animaduertant τὸ ἀνυ-  
 πογον suæ conclusionis.

*Exinanitis  
adumbratus  
simili nu-  
bis.*

Ioan. 6.

Nunc istam eorum interpretationem ad-  
 uersus ipsorum sententiam retorqueamus.

*Retorquetur  
obicitio.*

Si locus hic Pauli, de humana Christi na-  
 tura intelligendus est, & ex hoc loco confir-  
 matur Vbiquitas corporis Christi, eò quòd  
 Christus exaltatus est, & ei datum est nomē  
 supra omne nomen: Certè Vbiquitas nō ma-  
 nat ab vnione Personali, sed à glorificatio-  
 ne: ac propterea ipsimet lituram inducunt  
 superioribus suis argumentis, ipsique adeò  
 toties decantata reali proprietatum com-  
 municationi. Hoc enim est certissimum, Si  
 corpus Christi est vbique propter vnionem  
 Personalem: nō igitur propter ipsius Chri-  
 sti glorificationem: vtpote quæ tempore sit  
 posterior, iuxta illud, *N endū erat glorificatus.*

Ioan. 7.

Et vicissim: Si propter glorificationem: non igitur propter unionem Personalem.

## LOCVS III.

*Glorifica me apud te ipsum ea gloria quam habui apud te priusquam hic mundus existeret. Iohan. 17. Ergo illa gloria communicata est humanitati glorificate, & vi Consequentis corpus Christi est ubique.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris ob-  
servationu.*

Idem error qui supra. Nec enim rectè concluditur à persona ad alteram ex naturis. Illi vrgent hæc verba: *Glorifica me*: & ego vicissim hæc verba vrgeo: *quam habui antequam mundus existeret*. Quæro enim, quis nã habuerit illam gloriam ante constitutionem mundi. Quòd si locus hic est intelligendus de humana natura Christi in Abstracto: Ergo humana Christi natura gloriam habuit ante mundi constitutionem, ac propterea aeterna est. *ad uba tov*. Item: aeterna Christi gloria cõsideratur, tum in essentia, quia est Deus cum Patre: tum in Persona, quia est aeterni Patris aeternus Filius. Nihil horum secundum carnem dici potest. Nam vt cum Scholasticis loquar, nihil quod præcessit constitutionem mundi, est. Ad extra. At glorificatio carnis Christi est opus Dei Ad Extra: vt illi quidẽ, si non

si non satis proprie, certè verissimè dicunt. Quare, necesse est locum hunc totum exponere de *θεανθρωπῳ*. Absurdum est (inquis, divinam naturam glorificari. Respondeo, Absurdum non esse Christum *θεανθρωπον* glorificari, ita postulante salutis nostræ *οικονομία*. Ipse autem *ὁ λόγος* non glorificatur per se, sed propter assumptam humanam naturam in qua ipsius *λόγου* gloriæ lumen, sublata veluti nube exinanitionis, clarissimè refulget, & hoc modo dicitur *ὁ λόγος* glorificari in natura humana quam assumpsit. Nam (inquit Augustinus) *Sic plerumque Scriptura loquitur, ut quod semper est, tunc fieri dicatur ab aliquo quum in eo cognosci cœperit: Ita enim dicimus in oratione, Sanctificetur nomen tuum, hoc est, Sanctum esse innotescat.* Hæc Augustinus: Atque eius sententiæ Scholastici frequentes subscripserunt post Lombardum, cuius hæc sunt verba, *Hoc eodem tropo usus est Dominus post resurrectionem, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, nō quod tunc primum acceperit, sed quam antè habebat, tunc manifestata est potestas: hæc ille. Quæ quidem sententia erit luculentior, si addatur dispensatio & *οικονομία* nostræ redemptionis & salutis: Nam ob eam causam Christus fuit tum exinanitus, tum glorificatus.*

Sed, inquis, nōne ipsa quoque natura humana Christi glorificata est? Certè: Sed suo

Quæst. 83.  
Quæst. 69.

modo, quippe splendidissimis illis radiis, quos non illa, sed  $\delta \lambda \gamma \omega \varsigma$  emittit, illustrata, atque ita, ne ipsa natura aboleatur: oportet enim naturam manere, ut natura glorificetur. Ex quo emergit alius error Consequentis. Nec enim consecrarium est: Caro glorificatur: Ergo caro est ubique. Cum potius ita concludendum sit, Si caro glorificatur. Ergo caro non est ubique: Quia Ubiquitas non potest esse gloria humanæ naturæ: quandoquidem Ubiquitas naturam humanam evertit. At oportet eius quod glorificatur essentiam manere. Sed res hæc tota copiosius à nobis supra exposita est. Itaque satis erit in præsentia demonstrare quantum hic locus nobis obiectus superioribus eorum argumentis repugnet. Nam cum hic petat Christus glorificari ea gloria quam habuit ante mundi constitutionem: nec dubium sit quin fuerit exauditus: quæro, ecquando effectum habuerit hæc Christi precatio? Nonne quum resurrexit à mortuis, quum ascendit in cælum, quum sedit ad dexteram Dei, subiectis ipsi Angelis, potestatibus & virtutibus? Deinde quum Paulus dicit *Christum fuisse declaratum Filium Dei potenter secundum Spiritum sanctificationis per resurrectionem à mortuis*: nonne illud ad eam ipsam Christi glorificationem pertinet? Quod si ita est (ut etiam negari non potest) efficitur, in Christo glorificato relucere gloriam illam quæ  $\delta \lambda \gamma \omega \varsigma$  habuit

Rom. 1.

buit ante mundi constitutionem, & glorificationem Christi, quam hic à Patre petit, esse declarationem & patefactionem illius gloriæ. Ac propterea qui dicunt locos de glorificatione Christi esse secundùm humanam naturam duntaxat, & absolutè intelligendos: ad hoc incommodum adiguntur, vt, nec opinantes, humanæ Christi naturæ Deitatem tribuant. Hoc verò per absurdè dicitur, Christum glorificari æterna gloria, secundùm humanam naturam, quæ æterna nõ est. Denique si locus hic confirmat Vbiquitatè corporis Christi, vt volunt, Ergo corpus Christi non est vbique vi vnionis hypostaticæ: quandoquidè hæc vnio antecessit glorificationem, de qua Christus hic loquutus est. Atque ita non tam illi suam confirmant, quàm refellunt sententiã. Id quod cogimur illis identidem obiicere.

Incommod.  
super. obiecto.

Retorquie-  
tur obiecto.

LOCVS IIII.

*Omnis plenitudo Deitatis habitat in eo corporaliter, σωματικῶς. Coloss. 2. Ergo corpus Christi vbique est.*

RESPONSIO.

Agnoscamus cum Apostolo, plenitudinẽ Deitatis habitare in Christo corporaliter, hoc est, τὸν λόγον esse verè & hypostaticè cū humana natura vnitum in Christo, ad eò vt

Errores superioris ob-  
iectionis.

M j



Rom. 9.

hoc enuntiatum sit verissimum: *Christus est Deus Benedictus* (inquit alibi Paulus.) Sed negamus inde sequi, corpus Christi esse vbi- que: nec vllam possum animaduertere huius Consequentia rationem. Imò si crasse acci- pias vocabulū *corporaliter*, sequeretur (quod absit) Deitatem factā esse corpus. Nam per- spicua est coniugatio *corporis*, & *corporaliter*. Quare, vt faueret Vbiquitati corporis, ita potius Paulo dicendum fuit: Corpus Christi habitat in plenitudine Deitatis spirituali- ter. Quod longè secus est. Paulus autem (vt hoc obiter dicam) veteres illos hereticos v- no verbo perstringere voluit, qui, propter corpus Christi, negabant, Christū esse Deū: quæ hæresis ab ipsis vsque Apostolorum tē- poribus Ecclesiam Christianam diu mul- tūmque vexauit: cū tamē Apostoli, adeo- que Ioannes in prima Epistola, grauiter eā & copiosè refutasset. Itaque affirmavit Pau- lus, hanc ipsam humanam naturam, quæ, quū Christus hīc versaretur, omnium oculis pro- posita fuit, esse tanquam tēplum ipsius Dei- tatis: eò quòd verè & personaliter cum ipsa Deitate vnita est. Quod si quis ita cōnectat: Corpus Christi est personaliter vnitū Dei- tati, ergo corpus Christi est vbi- que, quem- admodum Deitas est vbi- que: Ille de v- nione confusionem faciet, quemadmodum antè suis locis declarauimus, quum refelle- remus realem proprietatum communica- tionem,

tionem, qualem isti introducunt.

*Adiguntur  
ad incommodum.*

Quare, adigamus ad incommodum. Si, ex eo quod omnis plenitudo Deitatis habitat in Christo corporaliter, sequitur corporis Christi Omnipraesentia, siue Vbiquitas: Ergo simili ratione, sequetur ipsius corporis aeternitas. Consequentia patet. Nam plenitudo Deitatis sine aeternitate esse non potest.

LOCVS V.

*Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo: Filius hominis qui in caelo est. Ioan. 3. Ergo corpus Christi est ubique: quippe simul in caelo & in terra.*

RESPONSIO.

Offendunt ad eundem lapidem, à Persona, ad humanam naturam affirmatè concludentes. Quod vt magis percipiant, vrgeamus illos hoc incommodo. Si hæc Christi verba intelligenda sunt secundum humanam naturam: Ergo humana Christi natura descendit de caelo. *αδωραν*. Quin & ipsi hoc argumento superiora illa sua retexunt. Quorsum enim glorificationem Christi proferebant, vt assererent Vbiquitatem corporis: si (quod nunc affirmant) constat ex hoc Ioannis loco, corpus Christi vbiq̄ fuisse ante ipsam Christi glori-

*Erroresu-  
peroris ob-  
jectionis.*

*Adiguntur  
ad incommodum.*



Ioan. 17.

ficationem? Sic enim ille ipse Ioannes: *Iesus nondum erat glorificatus*, inquit. Denique si valet hoc argumentum, nuntium igitur remittant superiori distinctioni de Abdicatione, qua dicebant naturam humanam Christi, ante glorificationem, sese abdicasse ad tempus sua Omnipræsētia. Quomodo enim stare posset ista Abdicatio, si quā hęc Christus diceret (quod tempus glorificationē Christi antecessit, ac proinde ex eorum doctrina referendum est ad ipsius Abdicationem) tū erat, etiam secundum naturam humanā, præsēs simul in cœlo & in terra? Ac de hoc quidem Ioannis loco, hætenus. Nam disputare, sit ne locus ille intelligendus de Omnipræsētia τῆς λόγου, an verò de ipsa cœlesti doctrina, quam Christus proponebat: non est huiusce disquisitionis. Certè si de Omnipræsētia exponitur: referendus est ad primum Theorema supra à nobis propositum.

## LOCVS VI.

*Ego vobiscum sum usque ad consummationē seculi. Matth. 28. Vbi cum fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Matth. 18. Ergo corpus Christi est ubique.*

## RESPONSIO.

*Error superioris ob-  
sessionis.*

Fallit Consequens: ut superiora illa omnia.

Cum

Cum enim hic agatur de persona, quorsum verba Christi intelligunt secundum humanam eius naturam? Quare, si locos illos accipiant de Omnipræsentia & Vbiquitate, ego illos referam ad primum Theorema, quod antè proposuimus.

Verumenimverò sequentes nodi patris Omnipræsentiæ dissoluendi sunt. Nam si loci illi sunt de Omnipræsentia Christi intelligendi: rogo te, quid opus fuit hac peculiari promissione? Quorsum Christus promittit se peculiariter Ecclesiæ affuturum, cum tanquã omnipræsens, adest rebus omnibus? Cur etiam apponitur ea conditio, vt in nomine Christi congregentur? Nõne tanquã omnipræsens, adest omnibus cœtibus, quicumque tandem illi sint? Eligant igitur vtrũ malint. Si promissiones illas exponunt de Vbiquitate & Omnipræsentiã, nõ sunt promissiones. Nihil enim hic peculiare est Ecclesiæ, quandoquidem Christus, tanquã omnipræsens, rebus omnibus præsens adest. Si (vti necesse est) promissiones illæ de præsentiã gratiæ intelligendæ sunt: nihil iuuant Omnipræsentiã. Sic enim perperam cõnectitur: Christus adest suæ Ecclesiæ, quia omnipræsens & vbique est. Et illi ipsi distinguunt Omnipræsentiã Maiestatis, à præsentiã gratiæ, quæ si esset Omnipræsentiã, nullum igitur esset discrimen inter electos & reprobos, inter Ecclesiam & hostes Ecclesiæ, de-

*Adiguntur  
ad incern-  
modum.*

nique inter eos qui in nomine Christi congregantur, & eos qui coniunctis animis, cōfiliis & viribus Christum in eius membris inſectantur. *αδωζτον*.

## LOCVS VII.

*Qui descendit, ipse est qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. Eph. 4. Ex plenitudine eius accepimus omnes. Joh. 1. Qui omnia implet in omnibus. Eph. 1. Ergo Christus est ubique. Etenim distat ascensus Eliæ in cœlum ab ascensu Christi. Nam quum dicimus Christum in cœlum ascendisse, definimus cœlum non loco, sed beatitudine. Hoc enim cœlum, & regnum Dei Patris, synonyma sunt.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris objectionis.*

Vitiosum Consequens. Nam quanuis descendisse de cœlo dicatur ratione *τε λογος γεννητος*, id est, quia naturam assumpsit, ex primo nostro Theoremate (nec enim corpus Christi de cœlo descendit) & ascendisse dicatur, ratione humanæ naturæ supra cœlos euectæ, ex secundo nostro Theoremate: tamen hæc verba, *ut impleret omnia*, de ipsa tantum Persona intelligēda sūt: ex tertio Theoremate à nobis proposito. Etenim siue verbum *Implendi* de gloria & Maiestate Christi Vbique diffusa, intelligas: siue de impletis prophetiis (sic enim variè disputari video) siue de exadificatione corporis Christi (eò quòd

quòd statim subiicit, datos fuisse Apostolos, Prophetas, Pastores, & Doctores ad ædificatione & cõstitutione corporis mystici, quod est Ecclesia: adde quod paulò antè dixerat Apostolus: *Ve impleamini omni plenitudine Dei.* & alibi: *Estis cõpleri in illo,* inquit) certè hæc verba necessariò ad ipsam personã erũt referenda. Christus enim Rex & Dominus, omnia sua gloria, suòque imperio cõprehendit: Christus Dei & hominũ Mediator prophetias impleuit: deniq. Christus caput Ecclesiæ, eã suis donis implet, vt tãdẽ aliquãdo sistat omni ex parte gloriosam, vt ait Paulus.

Eph. 3.  
Col. 2.

Eph. 5.

Refellitur  
Consequens.

Nunc excutiamus istud Consequens. Christus implet omnia: Ergo corpus Christi est vbique, inquis. Quonam id modo? obsecro. Nec enim dixit Paulus: vt Christus impleret omnia suo corpore, vel, essentiali præsentia sui corporis. Quid autẽ impedit quo minus Christus, vel omnes prophetias impleuerit, vel omnia impleat sua Maiestate & gloria, vel omnia sua mēbra, hoc est, totã Ecclesiã suis donis impleat, manēte nihilominus ipsius corpore in cœlo? Hæc enim duo quàm longissimo interuallo differunt: Christum implere omnia sua Maiestate & gloria, & Christum implere omnia essentia sui corporis. Nã si dicas, omnia impleri gloria & Maiestate Christi, cuius ipsa natura humana suo modo est particeps: quid hoc ad Vbiquitatem corporis? Nam gloria & Maieestas

Christi, non est corpus Christi. Si verò dicas, omnia impleri essentia corporis Christi: primum, id sine authore dices, quando quidem nihil tale extat apud Paulum: Deinde nunquam explicabis quamnam possit esse eiusmodi impletio: multum enim laborabis in exponendo verbo *Implendi*. Videlicet, an metaphoricè vsurpetur: an verò in propria significatione. Quòd si metaphoricè, nihil iurabit realem & essentialem corporis Omnipræsentiæ. Si propriè, tum dicenda erit causa, quamobrem veri & essentialis corporis vera, & realis impletio non sit impletio corporalis, ac proinde ἀσθητός. Quòd quàm absurdum sit in hac quæstione, satis est omnibus manifestum.

Quinetiam coniungamus alios etiam locos nobis obiectos, vt res etiamnum fiat dilucidior. Christus implet (aut vt alij legunt impletur, πληρουμένου) omnia in omnibus. Quis hoc de corporali impletione vnquam intelligat? Quanquam autem Christus, quatenus est ὁ λόγος, est infinitus, & omnia continet ac sustentat sua virtute (inquit Apostolus ad Hebr.) tamè quia Paulus ibi loquitur de Christo, quatenus est caput Ecclesiæ: nõ video quí possit eorum sententiã labefactari, qui verba Pauli de impletione donorum intelligunt, quibus ipsa Christi Ecclesia adimpletur. Id quod idem Apostolus copiosius explicauit cap. 4. eiusdè epistolæ. *Vt, inquit, sequentes*

Heb. i.

sequentes veritatem cum charitate, crescimus in eum per omnia qui est caput, nempe Christus. Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum & compactum per omnes suppeditas commissuras, ex vi intus agente, pro mensura uniuscuiusque membri, incrementum capit corpori conueniens, ad adificationem sui ipsius in charitate, &c. Adde quæ passim occurrunt in scriptis Apostolicis, de fidelibus implendis donis Spiritus sancti. Quibus valde consentit locus Ioanis nobis hîc obiectus. Ex plenitudine eius (nempe Christi) accepimus omnes gratiam pro gratia, inquit. Ex quibus omnibus locis simul collatis, facile est intelligere, locos nobis obiectos agere de donis spiritualibus, quibus fideles efficacitate sancti Spiritus adimplentur, quibus omnibus perfectissimus addetur cumulus, post mortuorum resurrectionem. Ac proinde nemo nõ videt, locos illos nullo modo confirmare realem illam corporis Christi Omnipræsentiam. Verum, Christus implet omnia secundum humanam naturam, inquit, quia secundum humanam naturam ascendit. Respondeo: id non sequitur, vnumquodque membrum intelligendum est pro ratione, vel alterius naturæ tantum, vel vtriusque simul, prout res exigit. Sic ad Heb. 2. Participauit carnem & sanguinem, ut per mortem aboleret eum qui mortis habet imperium. Ecce tibi quædam de λόγῳ intelli-

Ioan. x.

Obiectio.

Respon.

TE  
Si verò d  
rporis Chris  
es, quando  
aulum: Deim  
m possit esse  
im laborab  
Videlicet, a  
rò in propri  
phorice, nihil  
corporis O  
m dicenda  
essentialis cor  
on sit in imple  
Dicitur. Quo  
ratione, fat  
ios etiam lo  
num fiat d  
at alij legun  
in omnibu  
ne vnquat  
Christus, qua  
omnia cor  
quit Aposto  
ibi loquitur  
Ecclesia: nõ  
labefacta  
oorum in  
ecclesia adim  
is copiosiss  
e. Vñ, inquit  
sequenti



gēda sunt: quædam de humana natura, quædam de ipsa persona. Et in hoc loco nobis obiecto: Qui descendit, ipse est qui ascēdit. Nam ille descensus ad carnem Christi non refertur: quasi illa de cœlo descenderit.

*Adiguntur  
ad incom-  
dum.*

Sed iam id euincamus propositis aliquot incommodis. Primùm hæc dicuntur ἀντιφατικῶς: Christum ascēdisse in cœlum suo corpore, vt corpus Christi sit vbique. Nam verbum *Ascendendi* Vbiquitati repugnat. Itē: si vi vnionis hypostaticæ corpus Christi vbique est, vt illi autumant, cur ergo Paulus diceret Christum ascendisse, vt suo corpore omnia impleret, siquidem, vt volunt, longē antea corpore Christi omnia implebantur? Item: Si omnes implentur Christi corpore, & corpus Christi est viuificū (qua de re suo loco nobis agendum erit, satis enim constat Omnipræsentiam hanc, propter mysterium Cænæ Domini fuisse introductam) quid verat quin salutis & vitæ æternæ omnes ex æquo sint participes?

Nec te feram, distinguentem oralem manducationem à spiritali manducatione: semper enim vrgebo particulam *omnia*. Nam si corpus Christi omnia implet, Ergo non os tantum, sed etiam animum implet, idque in omnibus, inquit Paulus. Quamobrem faciesat, obsecro, studium contradicendi, & in nobis vigeat amor veritatis. Denique vt locos superiores rectè, & ex verbo Dei interpretemur,

temur, meminerimus eius quod dicebat Pe-  
 trus, Christum, postquam exaltatus fuit Dei  
 dextera, & accepit à Patre promissionem san-  
 cti Spiritus, effudisse miraculosa illa S. Spi-  
 ritus dona, quibus fundata & confirmata fuit  
 Euangelij prædicatio. Meminerimus etiam  
 eius quod dicit Ioannes, *Qui credit in me* (in  
 quit Christus) *flumina aque viue fluent ex eius*  
*ventre. Hoc autem dixit de Spiritu quem acce-*  
*pturi erant credentes in eum. Nondum enim erat*  
*Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorifi-*  
*catus.* Hæc Ioannes. Ex quibus facile perspi-  
 cimus, quid sibi velit Paulus, quæ ait, Chri-  
 stum ascendisse supra omnes cælos, vt im-  
 pleret omnia. Sed de huius loci expositione  
 plura non videntur dicenda, quâdoquidem  
 nobis sufficit demonstrasse, hunc locum &  
 alios nobis obiectos, nullo modo realem  
 Omnipræsentiâ corporis Christi posse sta-  
 bilire.

Porro, vt fateor ascensum Christi esse in-  
 finitis partibus excellentiorem ascensu Eli-  
 æ: ita pernego discrimen istud vlllo modo  
 Omnipræsentiâ corporis Christi posse ad-  
 iuuare. Nec enim Elias in cælum ascendit,  
 vel sua virtute, vel vt captiuam duceret ca-  
 ptiuitatem, vel vt cælum nobis patefa-  
 ceret, & pararet locum, quæ omnia & ple-  
 râque eiusmodi, dicuntur de ascensu Chri-  
 sti in cælum. Est igitur error  $\mu\eta\ \alpha\sigma\tau\iota\omicron\nu\ \omega\varsigma$   
 $\alpha\sigma\tau\iota\omicron\nu$ . Nisi fortè dicant discrimen esse

Ag. 2.

Ioan. 7. 2

De ascensu  
 Eliæ.

De vocabu  
lo Cali.

constituendum in Omnipræsentia corporis Christi: ac tum emerget error alius: Petitio principij. Postremò quod dicunt cælum, in quod Christus ascendit, nō definiri loco, sed beatitudine: *Ἰεσοῦ πάριστα* est in Theologia non ferendum. Nam tametsi Christo in cælo hunc vel illum locum minimè assignamus: tamen humanam Christi naturam esse in cælo, & in loco, si quis dubitat, ille simbolo Apostolico, Christianæque religioni fidem abrogat: quod absit. Quamobrem error iste refellatur ex locis sequentibus. *Dis-*

Verus Chri  
sti ascēsus.

*unctus est ab eis, & sursum ferebatur in cælum.* Luc. 24. *Aspicientibus ipsis eleuatus est, & nubes susceptum eum abstulit ab oculis eorū. Hic Iesus qui sursum receptus est à vobis in cælum, ita veniet quemadmodum conspexistis eum proficiscentem in cælum, Act. 1. Ipse Dominus descendet de cælo. Rapiemur simul eum eis in nubes in occursum Domini in aëra. Apparebit signum Filij hominis in cælo. Quem oportet ut cælum capiat usque ad tempora restitutionis omnium. Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cælum? hoc est Christum ex alto deducere. Nostrum πρότερον est in cælis, unde etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum. Expectare Filium eius è cælis. Patefiet Dominus Iesus de cælo. Proficiscor paraturus vobis locum, & quum paraue-ro vobis locum, rursum veniam, & assumam vos ad meipsum, ut ubi sum ego & vos sitis: & plerique alij loci cōsimiles, quibus verus Christi in*

1. Theff. 4.

Math. 24.

Ag. 3.

Rom. 10.

Phil. 3.

1. Theff. 1.

2. Theff. 1.

Ioan. 14.

sti in cœlum ascensus confirmatur. Ut autē  
 locos superiores eludāt, proferunt hęc Chri-  
 sti verba apud Lucam, *Utedatis & bibatis in*  
*mensa mea in regno meo.* Sed hoc Connexum,  
 sat scio, nullus vel Theologus, vel philoso-  
 phus vnquam admiserit, videlicet: Non edi-  
 tur nec bibitur in regno Dei: Ergo Chri-  
 stus non ascendit in cœlum propria signifi-  
 catione acceptum: nec est in cœlo in loco.  
 Quod perinde est, vt si dicas: in quibusdam  
 Scripturæ locis quædam vocabula sunt per  
 metaphoram intelligenda: Ergo ascensus  
 Christi in cœlum metaphoricè intelligen-  
 dus est. En quò euadant illi qui nobis to-  
 ties τὸ πρῶτον inculcant, & interim ascenden-  
 di, descendendi, cœli, loci, & consimilia vo-  
 cabula negligunt, quasi illa ad τὸ πρῶτον non  
 pertineant. Sed enim obsecro, cēsētne ali-  
 quando futurum vt fideles, quibus Christus  
 locum parauit, quos vult ibi esse vbi ipse fue-  
 rit: denique quorum corpora reddet corpo-  
 ri suo glorioso conformia: fideles, inquam,  
 cœlesti gloria perfruentes, sint extra omnē  
 locum? Quid plura? quum illi nos reuocant  
 ad omnipotētiam Dei, vt credamus corpus  
 Christi esse simul circumscriptum & incir-  
 cumscriptum: vbinam constituunt corpus  
 Christi circumscriptum? Nimirum in cœlo  
 (sic enim vulgò disputant) quā fieri ergo po-  
 test, vt sit in cœlo circumscriptum, sine loco?  
 Ipsi igitur saltem se audiant: aut (quod longè

*Obiectio ex  
 verbis Lu-  
 cae.  
 Responso.*



maius est) hanc regulam ab omnibus Theologis receptam accuratè expendant, locos Scripturæ, qui narrationem & historiam continent, esse κατὰ τὸ ῥητὸν, & iuxta sensum literalem intelligendos. Alioqui, si tibi liceat allegoricè vel metaphoricè ludere in vocabulis, quibus narratur ascensus Christi in cælum, cur non idem alius experiatur in historia natiuitatis, mortis, resurrectionis Christi, adeoque in iis omnibus quæ nobis Evangelica historia commemorat?

*An cæli,  
& Regnū  
Dei, sint sy-  
nonyma.*

*Adig. ad  
incommodū.*

At, inquiunt, cæli ad quos ascendit Christus, & regnum Dei Patris, synonyma sunt. Quæso, quis hoc patienter audiat? Obruiamus igitur absurdis istam συωνυμίαν. Sequeretur, hæcæ interpretationes esse veras: *Christus die nouissimo descendet de cælo viuos & mortuos iudicaturus*: hoc est, descendet de gloria Dei patris. Falsum & impium, tunc enim potius dicitur cum gloria venturus. Item: *Christus ascendit supra omnes cælos* (inquit Paulus) hoc est ascendit supra omnem gloriam Dei Patris. ἀδύνατον. Item: quia gloria Dei Patris ad quam Christus euectus est, non tantum lucet in cælo, sed etiam in terra: sequeretur, in hoc enuntiato, Christus ascendit in cælum (siquidem cælum & gloria Dei synonyma sunt) terram etiam nomine cæli significari. Absurdum. Contineo me à pluribus incommodis recensendis, & istos adhortor

ἵνα οὐκ ἐπινοήσῃτε τὰς ἀποκαταστάσεις τῶν αἰώνων. 76

vt Stephanum primum illum ac fortissimum Christi martyrem audiant: qui, quum oculis in cœlum intentis gloriam Dei videret: *Ecce, inquit, conspicio cœlos apertos, & Filium hominis stantem ad dexteram Dei.* Quibus verbis Cœlum ab ipsa Dei gloria distinxit: vt & Christus apud Ioannem, inquit, *Assumam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis.* Item: *Volo vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt conspiciant gloriam illam quam dedisti mihi.* Quibus consentaneum est quod ait Paulus, *Raptum se in paradysum ad tertium vsque cœlum fuisse, & ibi audiuisset ineffabilia verba, &c.* Quanquam enim gloria Dei potissimum refulget in cœlo (attestante propheta: *Cœlum mihi thronus est, & terra scabellum pedum meorum*) tamen cœlum non est ipsa gloria Dei *ουρανός*: vt isti volunt. Sed de nouis istis Synonymis, adeoque de hac obiectione hactenus. Nam hac de re quædam etiam infra nobis erunt dicenda, quum ad eam obiectionem respondebimus, quam illi petunt ex his Christi verbis: *Non bibam ab hoc tempore de hoc genimine vitis ad illum vsque diem, quum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.*

Act. 7.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

2. Cor. 12.

Esa. 66.

LOCVS VIII.

*Christus anequam pateretur transfiguratus*



est. Matth. 17. Ergo, ne tunc quidem Christi corpus ex physici corporis ratione metiendum fuit. Et vi Consequentis, corpus Christi est omnipræsens.

## RESPONSIO.

Errores superioris obzeilionis.

Fallit Consequens. Licet enim Christus tunc voluerit quosdam ceu radios suæ Maiestatis emittere, vt ita testaretur se non tantum hominem esse, sed etiam Deum: cuius rei cogitatione discipulorum animi firmiores essent (tamiam enim instabat tēpus mortis Christi) nihil tamen fuit in illa Transfiguratione, quod vel tantulum ad Vbiquitatem corporis accederet: luxit quidē corpus nouo splendore exornatum, sed mansit nihilominus corpus, habens suas dimēiones, & mansit loco circumscriptum. Ex quo factum est vt optaret Petrus illic remanere: *Domine bonum est nos hīc esse* (inquiens) *si vis, faciamus hīc tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elie vnum.* Hæc Petrus: Nihil profecto cogitans de ista corporis diffusionē & Vbiquitate, cui tabernaculum parandū non fuisset. Itaque nouæ gloriæ accessio nō abstulit corporis veritatem. Non enim potest esse gloriosum corpus, nisi sit corpus, vt iā nobis aliquoties dictum est.

Adigatur ad incommodum.

Adigamus igitur illos ad incommodum hoc modo: in Transfiguratione Christi non tantum

tantum colluxit eius facies, sed etiam vestis  
 ipsius apparuit candida, tãquam lux, (inquit  
 Matthæus) Ergo si illa mutatio ad Vbiquita  
 tem pertinet, nihil obstat quominus etiam  
 ipsius vestimenti noua quãdã Vbiquitas sta  
 tuatur. *ad d. v. a. t. v.* Quamobrem sic argumen  
 tum retorqueo: Si ita transfiguratus est Chri  
 stus, vt ipsius corpus & circumscriptum & a  
 spectabile remanserit: & illa transfiguratio  
 ad conditionem gloriosi corporis Christi  
 pertinebat: Ergo non eaeest cõditio gloriosi  
 corporis Christi, vt sit incircumscriptum &  
 inuisibile: nec enim corpus Christi tunc dif  
 paruit, quasi vbique diffusum, sed mansit in  
 vno loco visibile, quemadmodũ Matthæus  
 commemorat: & Petrus testatur his verbis,  
*Vidimus, inquit, nostris oculis Maiestatem* *2. Pet. 1:*  
*ipsius. Acceperat enim à Deo Patre honorem*  
*& gloriam, voce ad eum delata eiusmodi à ma*  
*gnifica gloria: Hic est Filius ille meus dilectus*  
*in quo acquiesco, & hanc ipsam vocem aud*  
*uimus è cœlo delatã, quum essemus vnã cum eo*  
*in monte Sancto. Hæc Petrus, ad hanc obie*  
*ctionem pro nobis respondens.*

## LOCVS IX.

*Christus in natiuitate transiit uterum virgi*  
*nis clausum, & in resurrectione saxum monumeti*  
*ti penetravit: Ergo duo corpora fuerunt simul in*  
*eodem loco: quod fieri non potuit quin alterum*

N j

esset incircumscriptum, nēpe corpus Christi. Quare, corpus Christi ubique est.

## RESPONSIO.

Errores superioris ab-  
iectionis.

Antecedens non extat in Scriptura. Imò, grauissimi auctores aliter sentiūt. Itaque nō valet consequens. Certè Lucas non negat Christum natum esse ex virgine, quum ei accommodat præceptum hoc legale: *Omne masculinum adaperiens uterum, erit sanctum Domino.* Et quod attinet ad saxum monumenti, narrat quidem Matthæus, saxum reuolutum fuisse ab Angelo, qui mulieribus testatus est Christum resurrexisse: sed non propterea sequitur, Christum exiisse è sepulchro clauso, imò potiùs hinc perspicuū est, saxum illud Diuina virtute reuolui potuisse, quoties ita Deo visum fuit, vt omnia obstacula cederent Christo resurgenti: id quod veteribus ipsis non displicere video. Quamquam enim ( vt aliquid non planè dissimile proponamus ) carcer ille in quem Apostoli coniecti fuerant, repertus fuit clausus: inde tamen exierant Apostoli, ianuâ carceris ab Angelo aperta, vt narrat Lucas. Denique non sequitur ex superiori argumento, corpus Christi esse ubique. Sic enim potiùs rectè concluderem: Si Christi corpus est ubique ( vt volunt ) ergo nec vterum virginis transiit, neque saxum monumenti penetrauit

Retorquatur vocabula in Omnia presentia.

uit. Quamobrem? inquis. Nempe quia hæc verba *Transeundi & Penetrandi* Ubiquitas non patitur. Adeò vt hæc præpositio sit verissima: Quicquid transire & penetrare dicitur, id vbiq̃ue non est. Etenim è loco ad locum transitur, atque etiam penetratur. Porrò licet Angeli non circumscribantur loco, non tamen Angelorum essentia est infinita, aut vbiq̃ue diffusa. Itaque qui negat circumscribi loco, negat quidem esse corpus, sed non propterea concludit necessariò esse vbiq̃ue. Nos verò quibus ex verbo Dei certissimè persuasum est, Christi corpus esse verū corpus, affirmamus, illud ipsum corpus esse circumscriptum, & habere suas dimensiones, semp̃erque factum diuina virtute, vt quæcunq̃ue ex ordine naturæ potuerunt huic corpori obstare, tollerentur. Denique ex facto aliquo singulari & per miraculum edito, non rectè colligitur Omnipræsentia corporis Christi. Rectè enim Augusti <sup>Epist. 3.</sup> *Si ratio hîc queritur, inquit, nō erit mirabile si exemplū poscitur, non erit singulare.* Hæc ille. Ac profectò non possum fati istos mirari, qui ex iis, quæ non extant in Scriptura, volūt ea tollere, quæ certissimis & manifestissimis Scripturæ testimoniis cōprobātur. <sup>Retorque-</sup> <sup>tur Arg.</sup> Retorqueamus igitur eorū argumētū hoc modo, Si, quū Christus natus est, quū exiit è sepulchro, duo corpora fuerunt simul in eodē loco, quorum alterum fuit corpus Christi

Ergo corpus Christi non est ubique. Nam quod ubique est, in loco esse non dicitur: vel illis ipsis assentientibus.

## LOCVS X.

*Christus ad discipulos ingressus est clausis ianuis. Ioan. 20. Corpus igitur Christi est ubiq<sup>3</sup>.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris ob-  
servationis.*

Istud Consequens redarguitur illis ipsis rationibus, quas proximè audiuius. Hoc enim connexum est planè ἀσυλλογιστον: nec vllum vnquam proponetur theorema. à quo vis manare possit ad hanc conclusionem, quum nulla sit hïc vel συνέχεια, vel συνάφεια. Quamobrem ita potius formādum erit connexum: Christus ingressus est clausis ianuis: ergo ingressus est præter ordinariam rationem. Quod nos admittimus, cum ab ipsa rerum natura admoniti, tum freti perspicuis Ioannis verbis: qui posteaquam historiam hanc de Christi ad discipulos ingressu commemoravit, *Multa, inquit, etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis.* Hæc Ioannes. Quamobrè qui ex hoc Christi ingressu per miraculum facto colligunt Ubiquitatè corporis Christi, næ illi mihi videntur perperam ratiocinari. Quanquã enim in miraculis ordo naturalis, summa Dei potestate, inter-

*Ioan. 20.*

terrumpitur: tamen nunquam rerum ipsarū essentia perimuntur, licet aliquando forma immutetur: qua de re nunc nō disputo. Sic, quum Sol stetit (de quo miraculo supra differuimus) mansit nihilominus Solis essentia: & quum mare diuisum est, mansit essentia maris: atque ita de aliis consimilibus miraculis existimandum est: & quum virga facta est draco, non fuit annihilatio, sed conuersio: idem dico de aqua conuersa in vinum: illi autem volunt esse simul, & non esse idem corpus. At si quis velit Vbiquitatē corporis Christi ex hoc ingressu miraculoso colligere, is necessariō perimet essentia corporis (vt antē copiosius à nobis demonstratum est) idque contra miraculorū vsum. Nec enim vult Deus suam potestatem elucere in perimēdis rerum creaturarum essentiis, sed potius in conseruandis, quibus nihilominus vtitur aliquando præter ordinariam naturæ rationem, quippe cū illum ordinem ipsi naturæ indiderit, nec ei sit alligatus. Itaque dicimus Christum ingressum fuisse clausis ianuis per miraculum, eò quòd aditus nulla humana ratione Christo patefactus est. Sed quum Christus sit Deus, cui (vt veteres dicunt, locum hunc exponentes) omnia sunt peruia, effecit, vt fores & omnia obstacula cederent ipsius corpori ingredienti: quo fit, vt Ioannes vsurpet parti-

Hilar. de  
Trin. l. 3.

- Ioan. 20. cipium præteriti temporis *κεκλησισμένων*: non autem præsentis, aded vt ex verbis Ioannis inferri non possit, clausas etiamnum mansisse ianuas, tum quum Christus ingressus est, sed potius per miraculum ingredienti Christo patuisse. Atque id etiam quosdam veteres censuisse, argumento est, quod Iustinus Martyr affirmat, Christum clausis quidem ianuis ingressum fuisse, sed cum corpore *παχυμερές*: quod quàm longè distet ab Vbiquitate corporis, nemo est tam rudis, qui nõ facile intelligat. Quò fit vt mirer Vbiquitatis patronos, identidem nobis obiicere solitos veterum, in hoc explicando miraculo, sententiam. Sed iam proferamus alia etiã præter ordinariam rationem corporis facta, ex quibus tamè ista Vbiquitas colligi nunquã possit. *Petrus super aquas ambulauit* (quod miraculũ solent veteres citare in hac quæstione) sic enim Hieronymus, *Vt scias*, inquit, *nõ nature mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari*: Petrus cœpit mergi: Philippus raptus est ab oculis Eunuchi, & translatus
- Math. 14. *Petrus super aquas ambulauit* (quod miraculũ solent veteres citare in hac quæstione) sic enim Hieronymus, *Vt scias*, inquit, *nõ nature mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari*: Petrus cœpit mergi: Philippus raptus est ab oculis Eunuchi, & translatus
- In Epitaph. Paul. *Petrus cœpit mergi: Philippus raptus est ab oculis Eunuchi, & translatus*
- A&S. *Petrus cœpit mergi: Philippus raptus est ab oculis Eunuchi, & translatus*
2. Reg. 2. *Elias in cœlum sublatus est. Et quum diceret Paulus, nescire se an in corpore, necne, raptus fuerit ad tertium vsque cœlum, non propterea existimabat fieri posse, vt suum corpus ybique esset. Præterea (quemadmodũ in loco superiore proximo admonuimus) dum concludunt ex hoc ingressu, corpus Christi non habuisse proprias dimensiones*
2. Cor. 12. *quum diceret Paulus, nescire se an in corpore, necne, raptus fuerit ad tertium vsque cœlum, non propterea existimabat fieri posse, vt suum corpus ybique esset. Præterea (quemadmodũ in loco superiore proximo admonuimus) dum concludunt ex hoc ingressu, corpus Christi non habuisse proprias dimensiones*

dimensiones: evertunt quidem corporis naturam, sed Ubiquitatem non idcirco probant: quia Angelus qui Petrum è carcere liberavit, ad ipsum Petrum ingressus est clausis ianuis, nec tamen ille Angelus ubique erat. Et hic est alius error consequentis *παρά τὸ ἐπιμένον*. Retorqueamus igitur argumentum hoc modo: Ingressus est Christus ad discipulos clausis ianuis. Ergo corpus Christi non erat ubique. Si non tunc, ne nunc quidem. Consequentia patet ex natura & significatione verbi *ingrediendi*: motum enim significat è loco ad locum, quod Ubiquitati planè repugnat. Dicitur enim *ἀντιπαρισίων*, alicubi esse, & simul illuc ingredi. Quare, sequitur ex his Ioannis verbis, corpus Christi antequam ad discipulos ingrederetur, unà cum ipsis discipulis non fuisse. Satis enim constat vocabulum illud dici non ratione diuinæ naturæ, sed humanæ. Item, Christus ad suos ingressus est, ut probaret se verè resurrexisse, & testaretur suum corpus esse verum corpus, etiam post resurrectionem: *Ostendit illis*, inquit Ioannes, *manus suas & latus suum*. Item: *vide manus meas, & immitte manum tuam in latus meum, & ne sis incredulus, sed fidelis*. Item, *Videte manus & pedes meos* (inquit Christus apud Lucam) *nam ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet*: ad eò ut meritò

Aa. 12.

Retorque-  
tur Argu.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Act. 1.

Lucas dixerit, Christū fuisse visum à suis cum multis *τεμπέτοις*, hoc est, iudiciis & probationibus certissimis, &c. Ergo qui ex hoc Iohannis loco volunt Vbiquitatem corporis Christi confirmare, locum ipsum in contrarium planè sensum detorquent.

*Vrgentur  
incōmodo.*

Item: Si quum sacra Domini Cœna celebratur, præsentia corporis Christi comparatur cum hoc ingressu Christi ad discipulos: sequeretur corpus Christi à nobis videri & atrectari *ἀσθητῶς*, quod tamen falsum est, Consequentia patet, quia tunc discipuli Christi corpus viderunt & atrectarunt. Si dicant modum & actionem ipsam ingrediendi non fuisse ab Apostolis perspectam: Sic instabo: non rectè comparari præsentia corporis Christi in S. Cœna cum illo modo ingrediendi, sed comparandam esse cū ipsa Christi præsentia, de qua dicit Ioannes, *ἐστὶν εἰς τὸ μέσον*, vt præsentia præsentia respondeat, ex natura & lege comparationis. Tunc autem Christus stetit visibilis & atrectabilis: quare, visibilis quoque & atrectabilis esset in S. Cœna, si superior comparatio locū haberet. Si locum non habeat: quorsum ergo superiora Iohannis verba, nobis opponuntur?

Ioan. 20.

## LOCVS IX.

*Christus quum post resurrectionē duobus discipulis*

pulis apparuit, dicitur postea ab eorum oculis dis- Luc. 24.  
paruisse: sic enim Lucas, ἀφαντος ἐγένετο, inquit.  
Quare, corpus Christi est ubique, quia visibile est  
& inuisibile simul. Huc referri potest, quod cor-  
pus Christi factum est Iudæis inuisibile, quum per  
medium illorum transibat illasus. Luc. 4.

RESPONSIO.

Agnosco verba Lucæ: sed simul audio *Errores su-  
perioris ob-  
servationis.*  
quid ille subiiciat: ἀπ' αὐτῶν, inquit: quod  
perinde est ac si diceret, Christum sese ab il-  
lorum oculis & conspectu subduxisse. Aliud  
est autem esse inuisibilem, simpliciter: aliud  
fieri inuisibilem discipulis. Hoc enim poste-  
rius factum est repentino discessu, non ipsa  
corporis natura. Quinetiam potest Deus te-  
nere oculos hominum: neque propterea res  
ipsæ quæ naturâ sunt visibiles, fiunt inuisibi-  
les: quemadmodum etiam illis ipsis discipu-  
lis principio ita præsens Christus adfuit, ut  
non ab iis cognosceretur: *Tenebantur enim,* Luc. 24.  
*eorum oculi* (inquit Lucas) *ne ipsum agnosceret:*  
postea subiicit, eorum oculos fuisse apertos.  
Denique nullum hîc consequentiæ vestigiū  
animaduerto. Inuisibilis ab illis factus est,  
inquit Lucas (sic enim verbum verbo expri-  
mitur: hoc est, repenti discessit ab illis.) Er-  
go corpus Christi visibile est simul & inui-  
sibile. Quod quidem cum manifestam con-  
tradictionem implicat, tum non rectè colli-  
gitur



gitur ex Lucae verbis: nam qui dicit Christum à discipulis fuisse visum per aliquod tempus, ac postea videri ab illis desisse: ille non dicit Christum fuisse visibilem simul & inuisibilem. Etenim ita potius concludendum est: Ergo Christus quum in terris post resurrectionem versaretur, ut discipulorum animos confirmaret, se illis tandiu ac toties videndum praebebat, quandiu, & quoties illi visum est. Atque hoc illud est quod dicit Lucas Act. 1. cap. Quamobrem cum Lucas manifestè distinguat ἀφαντος à visibili: perperam faciunt, adeoque Lucae contradicunt, ij qui inde, scilicet, colligunt corpus Christi simul esse visibile & inuisibile. Quid porro istud facit ad Ubiquitatem corporis? Si corpus fieret inuisibile naturâ (quod absit) certè desineret quidem esse corpus: sed non esset ubique. Quis enim nescit in Angelorum visionibus, tandè ipsos Angelos factos fuisse ἀφαντους & inuisibiles? nunquis tamen propterea Angelorum naturam infinitam, & ubique esse diffusam existimauit? Quid, quòd Philippus raptus à Spiritu desit videri ab Eunuchò, neque propterea vllus vnquam detraxit aliquid de vera corporis Philippi natura?

*Adiguntur  
ad incom-  
modum.*

Sed iam adigamus ad incommodum. Si corpus Christi est inuisibile, quatenus ubique est, & est visibile, quatenus est alicubi, secundum dimensiones veri corporis: Ergo est ibi-

est ibi  
vbi  
non  
igitur  
dicit  
ut ne  
pulis  
appro  
illis i  
cum  
tis ve  
cund  
ad eò  
corp  
est v  
Vbi  
illi  
dai  
ris.  
quit  
pres  
furo  
factu  
pote  
per n  
dam  
firm  
ptur  
Chr  
inde  
etiam

est ibidem visibile simul & inuisibile, quia  
 vbi est visibile, ibi etiam est inuisibile: aut  
 non est inuisibile vbiq̄ue. Retorqueamus <sup>Retorque-</sup>  
 igitur superiorem locum hoc modo: Si quæ <sup>tur Argum.</sup>  
 dicit hîc Lucas verè gesta sunt (quod absit  
 vt negemus) & Christus duobus illis disci-  
 pulis in vicum Emaus proficiscentibus, verè  
 appropinquauit, & cum illis iter fecit, cum  
 illis in vicum illum ingressus est, denique  
 cum illis discubuit (quæ omnia Lucas diser-  
 tis verbis commemorat) Et hæc omnia se-  
 cundùm humanâ Christi naturâ facta sunt,  
 adeoque post ipsius glorificationem. Ergo  
 corpus Christi nec tum fuit, nec nunc etiam  
 est vbiq̄ue & incircumscrip̄tū: nâ illa omnia  
 Vbiquitati omnino aduersâtur. Porro quòd  
 illi dicunt Christi corpus factum fuisse Iu-  
 dæis inuisibile, nusquam extat in sacris lite-  
 ris. Sic enim Lucas (quem citant) <sup>Luc. 4.</sup> *Quum,*  
*transisset per medios illos, profectus est.* Re-  
 pressit quidē Christus, & cohibuit Iudæor ū  
 furorē: sed non propterea sequitur, Christū  
 factū fuisse inuisibilē. Neque minus enit vit  
 potestas Christi, quòd Iudæis aspectab ilis  
 per medios illos transit illæsus. Dicēt quof-  
 dam id conicere: verùm Theologi sua con-  
 firmant, non coniecturis, sed expressis Scri-  
 pturæ testimoniis. Quanquam, si daremus  
 Christum tenuisse Iudæorum oculos, nihil  
 inde efficerent, vt antè dictum est. *Quin-*  
*etiam verba Transcendi & Proficiscendi a-*

pertere tollunt Vbiquitatem corporis.

LOCVS XII.

*Christus post ascensionem in cœlum apparuit Stephano, Act. 7. & Paulo ter, Act. 9. & 15. & 22. Ergo realiter corpus Christi etiam nunc in terris adest. Et vis consequentis est vbique.*

RESPONSIO.

*Errores superioris obiectiōnis.*

Non valet Consequens: nam si Antecedens admitterem, ita vt volunt (quod absit) non tamē inde sequeretur corporis Christi Vbiquitas. Sed tantū inferēdum esset, tūc temporis, corpus Christi in terris fuisse. Et perperam tempora confunduntur hoc modo: Apparuit ergo adest: sed ita potius connectendum esset. Apparuit, Ergo tum affuit. Et rursus, ex eo quod semel atque iterum factum esset, non rectē colligeretur ordinaria perpetuāq; rei alicuius ratio. Verum enim uerō ita nunc excutio & expono Antecedēs, Christus Stephano visus est: sed in cœlo. Sic enim ille apud Lucam, *Ecce, inquit, video cœlos apertos, & Filium hominis stantem ad dexteram Dei: & ibidem Lucas: Ille, inquit, plenus Spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem ad dexterā Dei.* Item Christus Paulo visus est, idque ter, inquit, id quod ego sigillatim excutio. Act. 9.

*Locū Script. exponuntur.*

lux vi-

lux visa dicitur, sed è cœlo refulgens: unde etiã vocẽ audiit Paulus. Id quod veteres agno-  
uerũt. Quemadmodũ autẽ diuina virtute factum est, vt Stephanus Christum in cœlo videre potuerit: ita illa ipsa virtute factum est, vt vox Christi ad aures Pauli peruenerit. Et quia cœlestis ille fulgor fuit, tãquam radius diuinæ maiestatis Christi, idcirco dicitur Paulus Christũ vidisse. Deinde Act. 18. *Domini* (inquit Lucas) *noctu Paulum alloquitur est per visionem, δὲ ὄραματος*: quemadmodum piis maioribus sacra eiusmodi visa sæpe offererebantur diuinitus. Sic Ananiam compellauit Christus, sed *ἐν ὄραματι*, inquit Lucas. Quare, hic locus ad quæstionem propositam non pertinet.

August. in  
Psal. 58,  
&c.

Tertiò, Act. 22. Christus precanti Paulo apparuit: sed *ἐν ἐνσάσει*, inquit. Ex quo fit, vt ad Vbiquitatẽ corporis, hic locus trahi non possit. Sed iam argumentum eorum in illos ipsos ita regeramus.

AA. 9

Si probant Christum in terris fuisse eò quòd Christus Stephano & Paulo visibilis apparuit ( vt audiuimus ) Ergo, quum Christus non apparet visibilis, cessat eorum argumentum. Adeò vt eorum vestigiis, ita nobis rectè cõcludere liceat: Si corpus Christi semper adesset in terris, semper esset aspectabile, vt ille ipse dicebat Apostolis, *Contrebatate me, & videte*. Nempe vt illis veram sui corporis præsentiam probaret. Ac de hoc quidem

Retorquetur  
Argumenta

Luc. 24. argumēto hæcenus: quod nobis etiam post-  
hac erit excutiendum, quum aduersus Pon-  
tificiam Transsubstantiationem differemus.

## LOCVS XIII.

*Dico vobis, non bibam ab hoc tempore de hoc  
genimine vitis ad illū vsque diem, quum illud bi-  
bam vobiscum nouū in regno Patris mei. Matth.  
26. At post resurrectionē cibum sumpsit cum dis-  
cipulis. Luc. 24. Act. 10. Ergo illo tempore Chris-  
tus erat in regno Patris, hoc est, in cœlesti gloria.  
Ac proinde Christus eodem tempore fuit in cœ-  
lo & in terra.*

## RESPONSIO.

Errores su-  
persoris ob-  
jectionis.

Permirum argumentandi genus: quo sci-  
licet cœlum terræ misceatur. Sed illud pau-  
cis ita redarguamus. Primus error *ἄρα τὸ  
χρῆμα τῆς λέξεως*. Nec enim Christus de ter-  
reno potu loquutus est: sed hac metaphora  
significare voluit cœlestem gloriā, qua fide-  
les tandem cum ipso Christo perfruentur.  
Id quod perspicuum est ex eo quòd genimē  
illud vitis, *nouum* appellauit, nequis fortè de  
terreno potu intelligeret. Atque hæc simili-  
tudo sæpe in Euangelica historia vsurpatur.

Matth. 8.

Luc. 14.

Luc. 22.

vt, *Multi venient ab Oriente & Occidente, &  
accumbent in regno cœlorum cum Abraham-,  
Isaac, & Iacob, inquit Christus. Item: Beatus  
ille qui manducabit panem in regno Dei. Item:*

*Beati*

*Beati illi qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati* Apoc. 19.  
 *fuerint. Et nominatim apud Lucam: vt edatis*  
 *inquit, & bibatis in mensa mea in regno meo, &*  
 *sedeatís super thronos iudicantes duodecim tri-*  
 *bus Israel. & consimilia pleraque. Secundus*  
 error: quòd existiment Christum fuisse re-  
 ceptum in cœlestem gloriam, antequam in  
 cœlum ascenderet: contra expressos Scriptu-  
 ræ locos. *Posteaquam* (inquit Petrus apud A& 2.  
 Lucam) *exaltatus est dextera Dei, & recepit*  
 *à Patre promissionem Sancti Spiritus, effudit id*  
 *quod nunc videtis & auditis. Nec enim David*  
 *ascendit in cœlum, &c. Item: Nondum ascendi*  
 *ad patrem meum.* Tertius error, quòd nec  
 opinantes idem concludant etiam de ipsis  
 Apostolis, quibuscum Christus se genimen  
 illud vitis nouum bibiturum esse prædixit,  
 vnà cum ipso Christo, in regno Dei consti-  
 tutis: atque ita, si Deo placet, noua Aposto-  
 lorum Vbiquitas erit constituenda. Quartus  
 error, quia licet intelligeremus locum Mat-  
 thæi, de cibo quem Christus cum discipulis  
 sumpsit post resurrectionem: nihil tamen  
 inde efficerent. Satis enim constat im-  
 mortalitatem, & cæteras gloriosi corporis  
 qualitates, quibus humana Christi natura  
 in ipsa resurrectione excelluit, ad cœle-  
 stem gloriam & ad ipsum regnum Patris, de  
 quo Christus loquitur, pertinere: quæ ta-  
 men gloria post ascensum in cœlum cu-  
 mulatissimè refulsit. Perperam igitur col-

ligunt Vbiquitatem corporis ex hoc loco Matthæi, quandoquidem, licet illis pro-  
pmodum omnia daremus, non tamen con-  
cluderent, corpus Christi esse vbique: sed  
potius regnum Dei Patris non includi cœ-  
lo, sed ad terras etiam ipsas pertingere. Er-  
ror istorum est *κατὰ τὸ ἐπὶ ὄμνρον*. Sed de hoc  
argumento nimis iam multa.

## LOCVS XIII.

*Nunc non cognoscimus Christum secundum  
carnem, inquit Paulus 2. Corint. 5. Ergo non a-  
deò urgenda est ratio naturalis corporis Christi,  
quin vbique esse possit.*

## RESPONSIO.

*Errores su-  
perioris ob-  
iectionis.*

Fallit Consequens. Error *κατὰ τὸ ἁγίωμα  
τῆς λέξεως*. Etenim nomine Carnis intelligūt  
veritatem humanæ naturæ, cuiusmodi est,  
circumscripsum esse, & finiri propriis dimen-  
sionibus. At Paulus nomine Carnis intelli-  
git crassas, terrenasque cogitationes, quas  
pij & sancti homines abs se, quoad eius fie-  
ti potest, remouent, ad ea quæ sunt cœlestia,  
totis animis aspirantes. Itaque Paulus, *Nem-  
inem, inquit, amplius cognoscimus secundum  
carnem*, hoc est, secundum carnis sensum. Ac  
proinde iubet nos Christum cognoscere, nō  
sensu carnis (quandoquidem non amplius  
in terris

in terris versatur,) sed spirituali cognitione. Quapropter subiicit: *Siquis ergo, inquit, est in Christo, noua (sit) creatura: Vetera tran-* Ibidem.

*seunt, ecce facta sunt omnia noua.* Hæc Apostolus, qui paulò post exponit, quonam id modo factum sit, nempe Euangelij prædicatione. Adigamus igitur ad incommodum superiorum istorum interpretationem. Si Ubiquitas corporis Christi colligi potest ex eo Adigamus ad incommodum.

quòd Paulus ait, se iã non cognoscere Christum secundum carnem: Ergo eadẽ ratione reliquorũ hominum Ubiquitas erit statuenda. Quia ibi Paulus idem dicit de reliquis hominibus, hisce verbis: *Ex hoc tempore neminem cognoscimus secundum carnem.* Sed quia locus hic non desiderat ampliorem respõsionem, sic argumentum illis suum regeramus. Ibidem.

Si Christus non iam est cognoscendus secundum carnem: Ergo non parum falluntur ij, qui non se putant fore Christi participes, nisi in his terris corporali ipsius præsentia fruantur. Qui si locum illum Pauli ita exponãt, vt nomine Carnis intelligãnt humanæ naturæ veritatem: fateor sanè superiora illa Apostoli verba ita perperã intellecta, ipsoꝝ sententiæ apprimè conuenire, addeò vt meritò hac oratione uti possint: *Nõ iam cognoscimus Christum secundum carnem: quippe Christo veritatem humani corporis detrahentes.* Retorquetur Argum.

## LOCVS XV.

*Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Ioan. 6. Et Synodus Ephesina professa est carnem Christi esse viuificam. Sic I. Ioannis 1. Sanguis eius purgat nos ab omni peccato: Ergo actiones Deitatis propriae, sunt realiter communicatae humanitati Christi. Et vi Cōsequenter, Corpus Christi ubique est.*

## RESPONSIO.

*Errores superioris obzeptionis. Ibidem.*

Perperam conclusum. Nam hæc Christi verba inculcanda sunt: *Quam ego dabo pro mundi vita:* quibus significat, se illum ipsum esse, qui nos viuificat oblatione sui corporis: Ergo Deitas est causa efficiens vitæ nostræ: ratio verò & modus nostræ viuificationis fuit oblatio corporis Christi in cruce. Sic enim ille ipse Christus, *Panis Dei ille est,* (inquit) *qui descendit de cælo, & dat vitam mundo.* Item: *Qui manducat me, viuet propter me.* Item: *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba que loquor vobis, Spiritus & vita sunt.* Et ibi pleraque consimilia plurquam aurea, quæ vtiqam semper in animis inscripta habeamus. Adde quæ alibi extant apud eundem Ioannem: *Annuntiamus vobis* (inquit) *vitam æternam, que erat apud patrem, & nobis manifestata est.* Item: *Deus nobis dedit vitam æternam, & hæc vita est in Filio eius.*

*1. Ioan. 1.  
1. Ioan. 5.*

Atenim

At enim (inquiunt) synodus Ephesina vocat carnem Christi viuificatricem. Respon-  
 deo: *Quoniam* (inquit Synodus) *est caro Verbi*  
*uiuificantis omnia: & sic pij Maiores sententiã*  
 illam Ephesinæ Synodi intellexerunt. Quã-  
 quam ex Synodorum verbis *ἡ ἀποδεικτικὰ* ar-  
 gumenta peti non solent.

Cyrill. l. 1. in Ioan.  
 Damasc. l. 3. c. 15. & c.

Idem dico de his verbis: *Sanguis Christi*  
*purgat nos ab omni peccato*: quæ intelligenda  
 sunt de ipso Christo purgante nos à pecca-  
 tis per sanguinẽ suum, hoc est, merito mor-  
 tis suæ: vt perspicuum est ex his eiusdẽ Ioã-  
 nis verbis: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis*  
*est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, &*  
*nos purget ab omni iniquitate.* Et alibi: *Ipse est*  
*propitiator pro peccatis nostris.* Et in epist. ad  
 Hebræos apertissimè. *Purgatione peccatorum*  
*per seipsum facta,* (inquit) Et alio in loco, *Deus*  
*erat in Christo sibi reconcilians mundum, non*  
*imputans illis peccata ipsorum.* Item: *Quanto*  
*magis sanguis Christi, qui per Spiritum aeternum*  
*seipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit con-*  
*scientiam vestram?* & c. Et Ioannes, *Qui dilexit*  
*nos, inquit, & lauit nos à peccatis nostris suo*  
*sanguine.* Quamobrem hæc obiectio con-  
 fundit subalterna cum causa efficiente. Ne-  
 mini enim obscurum est hoc enuntiatum:  
 Sanguis Christi purgat nos à peccato: ita re-  
 soluendũ esse: Christus suo sanguine purgat  
 nos à peccato. Error igitur est *μὴ ἀπὸ τοῦ οὐνοῦ ἀ-*  
*ποστασίου.* Sic enim incommodis sunt vrgendi.

De loco  
 Ioannis.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

Heb. 1.

2. Col. 3.

Heb. 9.

Apoc. 1.



*Aliquantur  
ad incomo-  
dum.*

Si ex superioribus Christi verbis sequitur, proprietates Deitatis esse realiter corpori Christi communicatas: Ergo eadem ratione sequetur, corpus Christi de cælo descendisse. Sic enim Christus: *Ego sum panis vite qui de cælo descendi*. Item: sequetur ipsam carnem seipsam obtulisse, & hanc proprietatem fuisse illi communicatam. Sic enim Christus: *quam ego dabo*, inquit. *ἀδωάτω*. Nam de persona quidem hoc dicitur: quum Christus vocatur Sacerdos & victima: Sed de humana Christi natura id dictum in Abstracto: nempe quòd se humana natura obtulerit, nusquam reperias. Denique alius etiamnum est error Consequentis. Nam licet Christi sanguis dicatur nos purgare, nempe quia est medium nostræ purgationis (vt supra confectum est) non propterea corpus Christi dicetur omnipræsens. Quia ipsum corpus Christi non est medium, vel ratio, vel modus Omnipræsentiæ diuinæ. Idem dico de carne viuifica: Nam vitā nobis fuisse comparatam per humanam naturā Christi, non pugnat cum veritate humanæ naturæ, nec cum eius essentialibus proprietatibus: imò, vt ita nobis vita compararetur, maximè oportuit humanæ naturæ veritatem elucere, videlicet, patiendo & moriēdo. Quid igitur viuificatio ad Omnipræsentiā? Quare, id demum tribuere carni Christi in Abstracto debemus, quod illi tribuitur in Scriptura:

ptura : & ob eam causam propter quam illi tribuitur, neque nobis extra Scripturæ cancellos vagandum est.

Hæc sunt igitur eorū argumenta qui corporis Christi Omnipræsentiam tuetur, quæ quidem nobis hæcenus videre licuit: de quibus, & simul de nostris ad illa argumēta responsionibus, peto à Christianis lectoribus, qui Christianam veritatem reliquis rebus omnibus anteponunt, vt verbo Dei præuiō, syncerè de re tota iudicent, *χαρὶς προκρίμα-τος*, inquit Paulus.

Iam tempus est ea testimonia veterū audire, quibus illi suam sententiam confirmare solent.

*Conclusio Respons. ad obiectiones eorum qui dogma Omnipræsentia tuentur.*



CAPVT V.



**S**OLENT Vbiquitatis patroni, vt suam sententiam nobis probent, multa ex maiorum nostrorū scriptis colligere, ac præsertim ex iis locis in quibus illi dis-

serunt de gloria humanæ naturæ, quæ δ λόγος assumpsit in vnionem personæ, ex quo fit, vt hac etiam de re, priusquam nostræ disputationi finem imponamus, nobis aliquid dicendum esse videatur. Quanquam enim rectè monet Tertullianus, id demum quod verū est, prius esse : & (vt quidam Ethnicus verè

*Obiectiones pro Vbiquitate, ex veterum testimonijs.*

O iij



aliquando dicebat) id habendū est antiquissimum & Deo proximum, quod est optimū: quia tamen pauci sunt atque admodū pauci, quos non moueat antiquitas, clarissimis præsertim monumentis consignata: idcirco hoc capite nobis dispiciendum est, satīsne rectè in hoc argumento Veterum auctoritas nostræ sententiæ opponatur. Quo loco futuri sumus breuiores, tum vt quam disputandi rationem ac methodum cepimus, eā teneamus (est autem nobis propositū *ὑποδεικνύει* & Theologicè disserere, quod ex puro Dei verbo, non autem ex hominum, quicumque tandem illi sint, auctoritate fieri debet, id quod à nobis alibi demonstratū esse spero) tum etiam quia huius ætatis Theologi doctissimi, quum hoc argumētum præcipuè tractandum suscepissent: rem ita feliciter confecerunt, vt nostram de veritate corporis Christi sententiā, vt Scripturæ auctoritate, ita præ Antiquitatis calculo manifestissimè comprobarint, & nouū istud dogma de Omnipræsentiā corporis Christi frequentissimo veterum Theologorum Senatu exploserint. Iam ergo paucis expendamus ea veterum testimoniū, quæ nobis in hac quæstione obiici solent.

OBIE-



OBIECTIO EX VETERUM  
I. rum testimoniis.



VETERES Theologi docuerūt  
Christi corpus esse Deificatum.

Athan. ad  
Epist. Da-  
masc. l. 3. c.  
17. & c.  
Iust. Mart.  
expos. fid.

2. Christi corpori communi-  
catam esse diuinam dignitatem

[μετέληψε θείας ἀξίας, inquit.]

3. Christi carnem esse organon Deitatis.

Dam. lib. 3.  
cap. 17.

4. Christi carnem esse locupletatam di-  
uinis ἐνεργείαις.

5. Christi humanam naturā Diuinā ma-  
iestatis dignitatibus nitescere.

Cyrill. de  
Incar. cap.  
11.

6. Deum conferre humanitati naturæ suæ  
operationem.

Ibidem.  
cap. 8.

7. Corpus Domini diuina gloria repletū  
emittere radios lucis.

Theod.  
dial. 2.

8. Λόγον assumptam naturam totam in se  
reduxisse, ad virtutem vitæ traduxisse, ad suā  
virtutem eleuasse, in suam gloriam & ope-  
rationem transformasse.

Cyril. in  
Ioan. li. 4.  
& li. 10. &  
de Incar. 3.

9. Corpus Christi accepisse vitam viuifi-  
cantem.

Cyrill. de  
fide ad  
Regin. 7.  
Epiph. in  
Ancor.

10. Deitatem τῆς λόγου vniuisse sibi assum-  
ptam humanam naturam in vnam Deitatē,  
in vnam maiestatem, in vnam potestatem.

Euseb. de  
demonst.  
Euang. l. 4.  
ca. 14.

11. Λόγον, hominem illum assumptū dig-  
num reddidisse vita æterna, & communione  
in diuinitate & beatitudine.

O iij

Athan. de  
 Insc hu-  
 man. cōtr.  
 Apollinar.  
 Greg. Nyl.  
 apud The-  
 od. Dial. 2.  
 Basil in s̄a  
 Et̄a Christ.  
 nariuit.  
 &c.

12. Diuinitatem fecisse humanitatē Christi, Dominum & Christum.

13. Dexteram Dei vnitum sibi hominem in propriam euexisse celsitudinem per vni-  
 onem.

14. Humanam Domini carnem factā esse participem Deitatis: & si qua alia occurrunt apud veteres in eandem sententiā, adde vocabulum *καὶ ὁμοῦς*, quo nōnulli veteres, Damascenus præsertim vti solet, quod quidem vocabulum significat Immeationē vel Commationē, vnde inferitur realis proprietatum diuinarum communicatio. Er-  
 gor corpus Christi est Omnipræsens.

Damasc. or  
 thod. li.  
 3. cap. 5. 15.

### RESPONSIO.

*Responsio  
 ad superio-  
 ra veterum  
 testimonia.  
 Errores su-  
 perioꝝ ob-  
 iectionum.*

Nego Consequens. quod quidem ego re-  
 darguo tribus potissimum rationibus.

Prima ratio: Quia ex veterum testimoniis  
*ὅτι δευτερονόως* & Thologicè non concluditur,  
 quemadmodum alibi fusiùs à nobis dictum  
 est.

Secunda ratio: Quia nullus ex veteribus  
 nobis obiectis vnquam dixit, corpus Chri-  
 sti esse Omnipræsens: nec satis rectè con-  
 cluditur, ab honore, potentia, maiestate,  
*ἐνεργεία* & efficacitate, ad omnipræsentiā  
 corporis, de qua sola hīc inter nos agitur.  
 Itaque istud obliquè ratiocinandi genus  
 ex dictis Veterum, non modò non affert  
 lucem.

lucem huic quaestioni, sed eam potius nouis tenebris obducit. Queritur enim an ex illis veterum Theologorum dictis possit inferri Omnipresentia corporis Christi. Quare, hoc non est quaestionem definire, sed pro vna, duas quaestiones proponere. atque hoc disputandi genus (quod bona illorum venia dixerim) valde tenebricosum est. Iam si dogma de Omnipresentia corporis, à primis usque Ecclesiae Christianae temporibus, semper à piis maioribus nostris receptum fuit (vt isti nobis obiiciunt) quis, obsecro, non miretur, nullum vnquam ex veteribus extitisse, qui *ἀπολύτως*, expressis ac dilucidis verbis, docuerit corpus Christi esse omnipresens? Qui tã copiosè de corporis Christi gloria & maiestate disseruerunt, eosne Omnipresentiam praetermisisse, quam isti tamen in primis urgendam existimant? tantum, inquam, esse & tam constans ea de re apud veteres silentium, vt ne vnum quidem verbum de Omnipresentia corporis Christi in veterũ scriptis reperiat? *ἡ ἀπολύτως ἡ ἀπολύτως ἡ ἀπολύτως*

Contra, in promptu est certissimum argumentum, ex quo facillè fuerit affirmare, nunquam Veteres de ista corporis Omnipresentia cogitasse. Nam quum dicunt, humanam Christi naturam esse Deificatam, summè gloriosam, Deitatis organon, denique esse Deitatis participem, & quae huc referuntur: tum illi disertis, expressisque verbis

*Nunquã Veteres de Omnipresentia corporis cogitarunt.*

semper excipiunt ipsius humanæ naturæ veritatem: & sexcenties inculcant in sanctissima illa vnione, humanam naturam essentialis suas proprietates saluas, integrasque retinere: quod & ipsi Vbiquitatis patroni nobis assentiuntur. Rem igitur totam hac rationatione comprehendamus.

Si veteres summam gloriam, summam dignitatem, atque adeo Deificationem corpori Christi ita tribuerūt, vt nihilominus ipsius corporis veritas, atq. essentialis proprietates, re ipsa & actu saluæ, & integræ remaneāt, quemadmodum omnes fatentur: & posita corporis Omnipræsentia, ipsius corporis veritas atque essentialis proprietates, re ipsa & actu saluæ, & integræ non remanent, sed tolluntur (id quod negari non posse, antè nobis demonstratum est.) Ergo ex summa illa gloria, summæque dignitate, atque adeo deificatione, quam veteres corpori Christi tribuerunt, inferri non potest ipsius corporis Christi Omnipræsentia. Quin potius ita statuendum est, istam Omnipræsentiam nunquam veteribus in mentem venisse: aut (quod absit ab iis qui veterum doctorum autoritate gloriantur) dicendum fuerit veteres Theologos in hoc summo præcipuèque doctrinæ capite secum ipsos non consensisse.

Tertia ratio: quia testimonia veterum ab illis citata, qui corporis Omnipræsentiam  
tuentur,

tuentur, in alienam sententiam detorta sunt. Non abs re sanè quidam ex scholasticis admonuit, ita in veterum doctorum lectione versandum esse, vt siquid fortè ab illis minùs commode dictum occurrerit, adhibita interpretatione, leniatur. Atque id esse impri- mis in hac quaestione obseruandum, exem- plo esse debet Eusebius: qui quum de huma- na natura à λόγῳ assumpta differeret, & ver- bum καταπινέσθαι aliquando vsurpasset, ma- gnos inde clamores Eutychiani sustulerūt. Quamobrem attendendum est, nontantum quid veteres dixerint, sed etiam quo sensu: ne si vocabula ipsa paulò duriora vrgeamus non tantum ipsi à sese, sed quod longè gra- uius est, ab ipsius Scripturae veritate dissen- tire videantur: Sic igitur expono dicta vete- rum nobis obiecta.

Thomas.

1. Dicunt veteres corpus Christi Deifica- tum esse, hoc est, humanam naturam esse à λόγῳ assumptam in vnione personæ, ita vt Deus & homo, sit vna persona: quemadmo- dum ipsi veteres exponunt his verbis, εἰς θεὸν προσελήφθαι (inquit Theodoretus) hoc est, humana natura ad Deum assumpta est: quo genere loquendi significare voluit as- sumptam humanam naturam à λόγῳ. Alio- qui sequeretur corpus Christi esse Deum fa- ctitium & creatum, quod absit. Sed iam hac de re in hac disputatione quædam supra à nobis dicta sunt.

Exponitur dicta Peterum supra obiecta. Athan. ad Epict.

Iust. Mar- tyr. expos. fca.

2. Dicunt veteres corpus Christi participasse

diuinam dignitatem : hoc est, in vnionem personæ à λόγῳ assumptū esse. Sic enim ipsi suam sententiam exponunt, μετέλυσε θείας ἀξίας, inquit Iustinus, ἐφ' ὅσῳ εὐδοκίᾳ τῆς λόγῳ : hoc est, siquidem rectè interpretemur, fuit particeps dignitatis diuinæ, non ipsius naturæ, idque beneplacito Verbi. Ecce tibi quomodo naturam distinguit à dignitate: cum tamen dignitas diuina, quatenus est Deitatis proprietas, si propriè loquimur, est ipsa Dei natura, vt supra à nobis expositum est. Porrò in summam quidem gloriam caro Christi enecta est, nempe quatenus eius natura ferre potest, atque ita vt manserit vera caro.

3. Dicunt Veteres Christi carnē esse organon Deitatis: hoc est, æternum Dei Filiū vsum fuisse humana natura, quam assumpsit, tanquam instrumento, vt ea perageret, qua ad opus Redemptionis requirebātur. Nam in carne docuit, edidit miracula, & carne passus est pro nobis, inquit Petrus. Atque hanc suam sententiam ipsi veteres exponunt, hisce verbis, *Deus λόγος vnitus homini edidit miracula, non separatim à natura humana, sed per ipsam, in ipsa, & cum ipsa diuinam potentiam operatur*, inquit Athanasius. Item: *Quum ipsi λόγῳ humano instrumento opus esset, quo etiam hominibus se ipsum ostenderet, Patrisque sui agnoscendi & colendi veram rationem doceret, naturam nostram ingressus ad homines accessit,*

1. Pet. 4.

Dial. de Trin. 5.

ac Deum hominis specie, ingens miraculū, ostendit, ipsis corporeis obtutus patens, hominū oculis miracula, quae supra hominem sunt, exhibens intuenda, &c. inquit Eusebius. *Divinitas λόγος operabatur divina signa, sed non sine carne*, inquit Damascenus, ne alij mihi commemorandi sint. Huic autem veterum sententiæ, ecquid, obsecro, cum Omnipræsencia corporis commune esse potest? num Deitati, ut ubique sit, opus est humani corporis instrumento? Absit à piis hominibus tantum delirium.

De demō  
fr. Euāg.  
1.4. c. 13.

4. Dicunt veteres Christi carnē esse locupletatam diuinis ἐνεργείαις, nimirum, quia per eam diuina virtus sese exeruit, ut in miraculis edendis, adde etiam præstantissima illa ornamenta, quibus locupletata est à λόγος: quibus tamen ipsius carnis veritas sublata non est. Atque hanc esse veterum sententiam, perspicuum est ex his eorum verbis: *Caro Domini locupletata est Diuinis ἐνεργείαις, propter hypostaticam vnionem, nec propterea excidit, vel excessit à propria sua natura, nec à proprietatibus suis naturalibus*, inquit Damascenus.

Lib. 3, cap.  
17.

5. Dicunt Veteres humanam Christi naturam Diuinæ maiestatis dignitatibus nitescere: Nempe, quia vnā personam cum Deitate cōstituit, ut antè diximus: & illi ipsi veteres addunt: *Per adunationem*, inquit Cyrillus, nobis hīc obiectus. Item: *quia ὁ λόγος*

De rect.  
fid. ad  
Theodos.

*carnis assumptæ ministerio usus est ad vitam salutemque nobis comparandam: quo fit vt multa dicantur de carne Christi κατ' ἄλλο, hoc est, propter Deitatem, cum qua personaliter vnita est: quæ propriè, & per se ad ipsam Deitatem pertinent. Sic enim idem Cyrillus, Caro Christi viuificat, inquit, non secundum propriam naturam, sed secundum vniõnem cum viuente Verbo. Alioqui si caro Christi nitesceret, hoc est, esset prædita Diuinæ maiestatis dignitatibus, esset profectò Deus: Ἄδύνατον. Denique semper intelligenda sunt illa assumptæ carnis encomia: quatenus ipsius carnis natura ferre potest, vt antè monuimus. Alioqui, quum inter Diuinæ Maiestatis dignitates æternitas recenseatur, idque imprimis: sequeretur carnem Christi æternam esse, quod longè secus est, orthodoxis omnibus assentientibus.*

De Incar.  
c. 8.

6. Dicunt veteres Deum conferre humanitati naturæ suæ operationem: illo ipso sensu qui iam à nobis expositus est: nempe, quia ὁ λόγος, & humana natura assumptæ vnã personam constituunt. Sic enim Cyrillus nobis hîc obiectus: *Adunatus, inquit, humanitati Deus, seruauit quidem ipsam in eo quod fuerat, & ipse permansit quod erat, semel tamen adunatus, quasi vnus iam cum ipsa putatur, & quæ sunt illius, sua faciens, & ipse ei conferens naturæ suæ operationem.* Hæc Cyrillus. Quod si quis

quis in eam partem locum hunc Cyrilli accipiat, quasi velit proprietates Deitatis esse humanitati realiter comunicatas: adeò vt non solùm Deitas, sed etiam humanitas sit omnipræsens: is quoque existimet necesse est, Deum esse realiter creatum, finitum, loco circumscriptum, & cætera eiusmodi, quæ absit vt vel cogitemus. Consequentia patet ex his Cyrilli verbis: *Qua sunt illius sua faciens.* Quare ἐξ ἀνάγκης, verba Cyrilli de vniõne personali intelligenda sunt. Præterea fatemur operationes τῷ λόγῳ, in iis quæ ad redemptionem nostram necessaria sunt, adminiculo carnis assumptæ fuisse editas, quemadmodum antè diximus. Denique miror hoc, ab illis qui veteres nobis opponunt, non esse animaduersum: veteres loqui de operationibus & ἐνεργείαις, quibus Ecclesiæ redemptio peracta est, & quæ ad salutem nostram pertinent. At Omnipræsentia λόγῳ est actus primus ipsius Deitatis, quæ non potest esse Deitas nisi infinita, & quia infinita est, est omnipræsens. Efficacitas autem ipsius Omnipræsentia, generaliter omnes res creatas comprehendit, quippe quas Deus infinitus & omnipræsens, sustentat & regit, nec est beneficium Ecclesiæ proprium: ac proinde quæ veteres dicunt de diuinis operationibus, quibus salus Ecclesiæ continetur: ea transferre ad Omnipræsentiam, sanè quàm absurdum est.

7. Dicunt veteres corpus Domini Diuina gloria repletum, emittere radios lucis: Nimirum quia (vt ait Augustin.) *Diuinitas per carnem foras illuxit, quemadmodum in opere redemptionis peragendo fuit in omnibus manifestum.* Præterea nemo nostrum dubitat, quin humana Christi natura, donis incomprehensibilibus refulgeat, quippe à Deitatis luce summè, quoad eius fieri potest, illustrata, sed ita, ne ipsius nature veritas absorbeat, quâ existere necesse est, vt illustretur. Cæterum, quid hoc ad Omnipræsentiam corporis? vt enim caro Christi non emittit radios æternitatis, adeò vt æterna sit: ita non emittit radios Omnipræsentia, vt sit omnipræsens. Quare, radij lucis apud Theodoretû de Omnipræsentia intelligendi sunt.

non

8. Dicunt Veteres τὸν λόγον assumptam naturam totam in se reduxisse, ad virtutem vitæ traduxisse, ad suam virtutem eleuasse, in suam gloriam & operationem transformasse: Quæ intelligenda sunt de perfectissima & personali vnione, in quam humana natura à λόγῳ assumpta est: itémque de opere nostræ redemptionis, quod æternus Dei filius in carne, & per carnem perfecit, vt sæpe à nobis dictum est. Sic enim Cyrillus nobis obiectus: *Dedit, inquit, pro vita omnium, corpus suum, & per illud rursus vitam nobis immittit.* Nihil igitur hæc ad Vbiquitatem, Semper

In Ioan. I.  
4. c. 12.

Semper enim repetenda est illa exceptio ab ipsis, Veteribus proposita, & à nobis identidè inculcata, nempe, Quoad humanæ naturæ conditio, & veritas ferre potest. Alioqui, si superiora verba præcisè virgeas: quis non videt inde sequi naturarum confusione? Atqui id noluit Cyrillus, ac propterea ex illius orthodoxa sententia dūriora illa verba lenienda sunt.

9. Dicūt veteres, corpus Christi accepisse vitam viuificantem: Nempe, quia Christus pro nobis carne passus, per ipsam carnem nobis vitam confert. Sic enim Cyrillus nobis obiectus: *Viuificat, inquit, corpus Christi, quia ipseus vita corpus est.* Item: *Per illud vitam nobis immittit.* Porro viuificatio ad Omnipræsentiā trahi non debet: quia Christus ipse non viuificat Ecclesiam, quia est omnipræsens quatenus Deus (alioquin omnes viuificaret) sed quia est ipsius Ecclesie Redēptor. Nisi fortè velint constituere Omnipræsentiā solius Ecclesie respectu: hoc est, Omnipræsentiā non Omnipræsentiā.

In Ioan. lib 3. c. 17.

Lib. 9. c. 12.

10. Dicunt veteres Deitatem λόγος vniuisse sibi assumptam humanam naturam in vnam Deitatem, in vnam maiestatem, in vnam potestatem: Quæ sunt de arctissima vnione personali intelligēda aduersus furores Nestorij, qui personam diuellebat: atque ita Epiphanius nobis obiectus can-



didè interpretandus est: nequis locū illum ad viuum refecans, naturarū confusionem inducat: quod absit. Nam si vtriusque naturæ vna est Deitas: ergo humana Christi natura est Deus æternus. *Ad ὡρατον* & blasphemum, & ab Epiphani j sententia alienissimum.

II. Dicunt veteres *λόγον* hominem illum assumptum, dignum reddidisse vita æterna, & communionem in diuinitate & beatitudine. Sic enim Eusebius, *τῆς ἐν τῇ θεότητι κοινωνίας ἀξιώων*, quæ de vnione personali sunt exponenda, ex phrasi veterum, qui vocabulo *κοινωνίας* vnionem personalem solent exprimere, vt suo loco à nobis dictum est: atque hunc esse sensum Eusebij, patet ex his illius verbis: *Deus Verbum, secum Deum hominem fecit, spei nostra primitias*, inquit Eusebius in loco nobis obiecto: quod necessariò de vnione personali intelligendum est. Ergo humana Christi natura in vnionem personalem à *λόγω* assumpta, vitam æternā summāque beatitudinem adeptā est, id quod omnes orthodoxi credunt, nec propterea corpus Christi esse omnipræsens existimāt.

Demonst. Porro hic locus Eusebij æquū & candidum  
Euan. 1.4. lectorem postulat, nam ibidem ait, *Totum  
c. 14. hominem a Dei natura absorptum esse*. quod nisi dextrè intelligatur, Eutychianum est, & ab Eusebio alienum.

Dicunt

12. Dicunt veteres humanam Christi naturam factam esse à Deo, Dominū & Christum: hoc est, verba illa Petri, Act. 2. *Certò sciat tota domus Israel hunc esse factum à Deo Dominum & Christum, hunc Jesum quem vos crucifixistis*, inquit Petrus non esse intelligenda seorsum de λόγῳ, id quod urgebant Ariani, vt de Deitate τοῦ λόγῳ detraherent, sed ita locutum esse Petrum propter humanitatem à λόγῳ assumptam: vel, vt ait Nazianzenus in sanct. pasc. non propter diuinitatem tantum, sed etiam propter assumptionem humanæ naturæ: & vt loquitur Basilius, εἰς πλὴν ἐρανθρώπων καὶ οὐκ εἰς θεότητα πάντα νοεῖν δεῖ. Sic porro Nyssenus, Quæ naturaliter, inquit, habebat vt Deus, ea dicitur accipere οἰκονομικῶς tantquam homo factus. Hæc est sententia Athanasij nobis obiecti: id quod facillè cuius per spicuum esse potest ex eo argumento quod ibi tractat Athanasius aduersus Arianos disputans. Verba igitur Petri sunt accipienda de Christo ipso, Deo & homine, Mediatore Dei & hominum, & Ecclesiæ Redemptore: non autem vel de diuina tantum, vel tantum de humana eius natura. Quis enim dubitat Christum esse Mediatorem ratione vtriusque naturæ? Alioqui ex Petri verbis sequeretur Christum esse tantum hominem, quod absit ab Athanasio, & à piis, & ortho-

Athan. de  
rat. 4. con-  
tr. Arian.

Basil. cōtr  
Eunō. lib.  
4 Nyss.  
orat. 2. de  
Resurr.



Lib. de  
quib.

doxis omnibus. Nec enim satis laudari potest hæc Augustini sententia: *Diuinitas, inquit, sine humanitate non est mediatrix: humanitas sine Diuinitate non est mediatrix: sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam, mediatrix est humana Diuinitas, & diuina humanitas.* Sed hac de re supra egimus, quum obiectiones ex Scripturæ locis petitas dissolueremus: itémque quum ea vocabula & phrasés Scripturæ tractarem, quæ ad ipsam Christi personam pertinent.

Nyss. a-  
pud Theo

13. Dicunt veteres dexteram Dei vnium sibi hominem in propriam euexisse celsitudinem per vnionem, hoc est, humanam naturam à λόγῳ assumptam esse in personalem, ac proinde arctissimam vnionem, ne Christi persona diuellatur. Et eodem spectat Nyssenus nobis hic obiectus, quò Athanasius spectabat: nempe, vt eos refelleret qui superiora illa Petri verba Act. 2. de quibus proximè egimus, ad naturam τῆς λόγῳ seorsum referebant, vt eius Deitatem negarét. Quare, locus Nysseni, & quotquot extát con similes, de ipso Θεανθρωπῳ intelligendi sunt: ne in illud longè maximum incommodum incurramus, quod à nobis proximè notatú est: huc adde, si Nyssenus intelligatur loqui de humana natura tantum, quæ euecta sit ad celsitudinem Deitatis propriam, sequetur humanam naturam esse Deum. ἀδωάτον.  
Nam

Nam celsitudo Deitatis propria, ipsa Deitas est. Nec moror superiores illas distinctiões, à nobis, vt spero, antè refutatas, carnem Christi non habere essentialiter celsitudinem Deitatis, sed communicatiuè: nam hæc duo Theoremata in Theologia sunt verissima: *Nihil quod creatum est potest essentialiter esse Deus*: Item, *Nihil potest fieri Deus*. Itaque nec humana Christi natura est essentialiter Deus (ecquid enim esse potest Deus nisi essentialiter Deus sit?) nec humanæ Christi naturæ conferri potest Deitas, quæ non est factitia, & initium habere non potest. Enimuerò, obsecro vos, ne in re tam seria vocabulis ludamus. Nónne celsitudo Deitatis propria, est ipse Deus? Nónne habere communicatiuè & realiter celsitudinem Deitatis propriam, est habere communicatiuè & realiter Deitatem? Atque id nónne est communicatiuè & realiter esse Deum? Quamobrem apagesis ista verborum inuolucra: nam si Nyssenus existimauit, non ipsam personam Christi, sed tantum eius carnem esse realiter (vt isti loquuntur) euectam ad eam celsitudinem, quæ Deitatis propria est, ille profectò existimauit carnem Christi factam esse Deum: Etsi verò Nysseni non admodum magna est auctoritas, nolim tamen tantum errorem illi impingere.

Dicunt veteres humanā Christi carnem factam esse participem Deitatis, eo sensu qui suprā à nobis expositus est: nempe quia vnā personam cum λόγῳ constituit qui Christus est: ex qua vnione, siue (vt loquitur Basilius nobis hic obiectus) νοινωρία ad Deū, fateor præstantissimas dotes in ipsam Christi carnem manasse, sed quæ tamen naturalis ipsius carnis proprietates non aboleuerint, quemadmodum sæpe à nobis dictum est. Quod attinet ad vocabulum *ἑξαρῆσις*, pauca quædam nobis dicenda sunt, ex quibus Damasceni sententia facilius intelligatur. *ἑξαρῆσις* propriè dicitur de superficie quæ corpus ambit, & amplectitur, siue continet. Deinde dicitur de figuris Mathematicis, *ἑξ ἀσπρέσεως*: vt quum Pentagonus dicitur *ἑξαρῆσις* Trigonum. Inde translatum est vocabulum ad animam ipsam, per quamdam similitudinem, vt quum dicunt Philosophi, In homine animam intelligentē *ἑξαρῆσις* sentientem, & vegetantem, id est, cōplecti, ita vt sit vna anima. Denique Theologi verbum *ἑξαρῆσις* accommodarunt rebus sacris, ac præsertim mysterio Trinitatis, & vnioni personali duarum naturarum in Christo. Sic enim Damascenus nobis obiectus: Personas, inquit, scimus inaccessibiles & indistantes ab inuicem, & vnitas, & incōfusæ ἐν ἀλλήλαις *ἑξαρῆσις*: quod nonnulli ita interpretantur, Se inuicem immeantes,

In sanct.  
Chr. natiuita.

Cōclusio  
respons.  
ad veterū  
testimo-  
nia.

Orth. fid.  
lib. 3. c. 5.

Scho.

Scholastici verò vtūtur excogitato ab ipsis vocabulo, Circumincessionis, quo *περιχώρησιν* exprimere voluerunt. Idem Damascenus de Vnione personali differens: In inefabili *οικονομία* Christi, inquit, duas naturas confitemur, diuinam & humanam, *σωτην-λυθίας ἀλλήλας* (hoc est mutuò concurrentes) siue inuicem coniunctas, & secundum hypostasim vnitas: & vnā hypostasim ex duabus naturis perfectam & compositam. Seruari autem dicimus duas naturas, etiam post vnionem in vna persona, videlicet in vno Christo, & secundum veritatem ipsas esse, & illarum naturalia idiomata: hæc Damascenus. Et paulò post: Quauis, inquit, naturæ vniantur, tamē inconfusē vniuntur: & tametsi *ἐν ἀλλήλας περιχώρησιν*, hoc est, (vt vulgò interpretantur) in se inuicem commeant & immanent) tamen versionem & transmutationem inuicem non admittunt: *πῶς εἰς ἀλλήλας προσην τε καὶ μεταβολὴν ἐπιπροσείενται*. Seruat enim vtraque sui ipsius naturalē proprietatem incommutatam, *ἀμετάβλητον*. Idem alio in loco: Quemadmodum, inquit, naturas vnitas cognoscimus, habentes *πῶς ἐν ἀλλήλας περιχώρησιν*, neque tamen earum differentiam negamus, sed & numeramus, & eas inseparabiles agnoscimus: Ita voluntatum & actionum coniunctionem cognoscimus, & differentiam agnoscimus. Et alibi: Diuina natura, inquit, dedit carni *πῶς* 19.

Ibidem.

Orth. fid.  
lib. 3. c. 15.  
Lib. 4. c.

πρὸς αὐτὴν ἄρρητον ἀειχώρησιν. ἢν δὴ ἐνώσιν λέ-  
 γωμεν. quam sanè videlicet ἀειχώρησιν, Vni-  
 tionem dicamus, siue Vnionem. Hactenus  
 Damascenus. Ex quibus facile est iudicare,  
 vocabulum ἀειχωρήσεως, perperam trahi ad  
 realem illam proprietatum communicatio-  
 nem, qua videlicet Deitas communicet, &  
 conferat humanæ naturæ suas proprietates  
 (sid quod volunt Omnipræsentia patrōni)  
 quandoquidem manifestè Damascenus ait,  
 in vnione personali seruari tum naturas, tū  
 ipsarum naturarum proprietates incommu-  
 ratas, ac proinde non cōmunicatas, siue col-  
 latas. Vocabulum autem Commeandi, siue  
 Immeandi, vereor vt sit fatis ad explicandā  
 Damasceni sententiam accommodatum:  
 quippe cū mutua Immeatio, si propriè lo-  
 quimur, mixtionem & confusionem indu-  
 cat, quam ab hoc mysterio Damascenus lō-  
 gissimè identidem expellit: potest tamē le-  
 niri commoda interpretatione, vt & verbū  
 Transcendi, quo Irenæus & Augustinus ali-  
 quando vsi sunt. Quia verò cum verbo ἀει-  
 χωρεῖν Damascenus coniungit ὁ σὺν ἑρχομαι  
 & ἐνοῦμαι, a deo que verbis expressis ἀειχώρη-  
 σιν vocat ἐνώσιν, satis apertè significat ἀειχώ-  
 ρησιν esse artificissimam vnionem: videlicet in  
 Trinitate, vnionem in Essentia: in Christo  
 verò, vnitionem siue vnionem duarum na-  
 turarū in vna eadēque Persona, quæ Chri-  
 stus est. Quamobrem si diligenter attendas,

ἀει-

ἡ ἐκχώρησις communicari Trinitati: facillè videbis ex hoc vocabulo realem illam proprietatum communicationem, siue collationem inferri non posse. Quinetiam vrgeo hæc Damasceni verba, εἰς ἀλλήλας, & ἐν ἀλλήλας, quæ planè tollunt realem illam proprietatum communicationem, alioqui humana natura cōmunicaret Deitati vt sit realiter alicubi, quod fieri nequit. Atque hæc de vocabulo ἐκχώρησις, nobis dicta sint.

Ex quibus omnibus perspici potest, veterum doctorū testimoniis nobis obiectis, nullo modo dogma Omnipræsentiæ cōfirmari: quod vt ante omnium oculos magis magisque constitui possit, profero syllogismum ἀπαγωγικὸν εἰς ἀδύνατον, hoc modo:

Conclusio  
resp. ad veterum  
testimonia.

Si ex præclaris illis elogiis humanæ naturæ Christi, quæ passim extant apud veteres doctores, effici potest, ipsam humanam naturam esse realiter omnipræsentem, eò quòd dicitur à veteribus particeps Deitatis, & cætera eiusmodi, quæ à nobis antè commemorata sunt: Ergo simili, adeoque maiori ratione efficeretur, ipsam humanam naturam esse Deum: ἀδύνατον & impium.

Consequētia patet. Ais omnipræsens esse Christi corpus, eò quòd omnipræsentiā Deitatis illi communicata est, ac proinde est ipsius omnipræsentiæ particeps. Quare, cùm Diuinæ maiestatis, adeoque ipsius Deitatis caro Christi sit particeps (quemadmo-

dum ex veteribus obiicis) sequetur ipsam carnem esse Deitatem ipsam. Quinetiam si vrges, cōmunicatam esse Omnipræsentiā, ac propterea corpus esse omnipræsens, cū tamen veteres nullam de carnis Omnipræsentiā mentionem fecerint, quāso, cur mihi non licebit argumentari ex iis quæ veteres nominatim dixerunt: siquidem putas tibi licere ex iis argumentari, de quibus veteres nunquam loquuti sunt? Verumenimuerò, vt facilius perspici possit veterum sententia de veritate humanæ naturæ Christi, iam nobis quædam eorum testimonia recitanda sunt. Nam, vt initio huius nostræ responsionis diximus: totum hoc argumentū copiose & accuratè à Theologis doctissimis tractatum est, ex quorum scriptis locupletissimis lectores planè intelligent, quānam fuerit piæ & orthodoxæ antiquitatis de hac quæstione sententia. Quare, ex illorum vberimis fontibus quosdam tantum riuulos diducemus.

VETE-

sequetur ipsam  
 . Quinetiam  
 nni præsentia  
 ni præsentia  
 nis Omnipra  
 quaeso, cur mi  
 ex iis quæ vete  
 uidem putas  
 de quibus vete  
 Verumenimue  
 it veterum sen  
 natura Christi  
 testimonia reci  
 tius nostræ  
 oc argumentis  
 ogis doctrinæ  
 scriptis locu  
 elligent, quæ  
 æ antiquitatis  
 Quare, ex illo  
 dam tantum

VETE.



VETERVM DOCTORVM  
 SENTENTIA DE VERITATE  
 humanæ naturæ Christi aduersus do-  
 gma de Vbiquitate siue Omni-  
 præsentia corporis  
 Christi.

## CAP. VI.



AVENDVM est ne induca- Athan. li.  
 mus diuersam aliquam sub- de Syno-  
 stantiam, quam tamen veli- do.  
 mus capacem esse propieta-  
 tum primæ substantiæ: scri-  
 ptum est enim, Gloriam meam alteri non  
 dabo. *Quorsum igitur communicatio realis?*

Natura creata non potest esse capax eo- Id.comp.  
 rum quæ propria sunt Dei. *Taceant igitur de Spir. s.*  
*distinctiones τὸ ἕξει, & τὸ εἶναι, communicatiuè*  
*& essentialiter.*

Nestoriani dicunt homini donatam esse Cyrill. de  
 à Deo æqualitatem dignitatis: & conten- Incarn. c.  
 dunt solum hunc hominem omnia paria cū 28.  
 Verbo sortitum fuisse, & honoratum maie-  
 state diuinæ eminentiæ. *Hoc idem dicunt Om-  
 ni præsentia patroni.*

Nestorius statuebat coniunctionem di- Idem in  
 uinæ & humanæ naturæ in vnitae seu æqua Epist. Sy-  
 litate dignitatis, auctoritatis & potestatis nod.

Verbi & Carnis. *Idem statuunt Vbiq̄uitatis patroni.*

Idem in  
Ioan. 1. 11.  
c. 21.

Nulla res quæ propria Dei opera sunt, facere potest, nisi essentialiter Deus sit. *Iacet igitur realis communicatio proprietatum.*

Iust. Martir. in ex-  
pos. fid.  
Tert. de  
car. Chr.

Corpus manet corpus: non enim corpus est Deus. *Non igitur est vbiq̄ue.*

Non dicimus carnem Christi euacuatam in ipso, cum illam & ad dexteram Patris in caelis præsidere meminerimus, & venturam inde in suggestu paternæ claritatis prædicemus. *Non igitur dicunt carnem Christi esse vbiq̄ue, sed potius esse alicubi.*

Damasc.  
lib. 3. c. 3.

Christus nomen est personæ, vtriusque naturæ significatiuum, & vna natura non est susceptiua contrariarum substantialium differentiarum. *Perijt igitur cōmunicatio realis.*

Idem.

Proprietas est immobilis. Quomodo enim proprietas maneret, si moueretur aut excideret? *κινημένη ἢ μεταπίπτουσα? Quid fiet igitur reali proprietatum communicationi?*

Idem lib.  
3. de orth.  
fid. ca. 17.

Manferunt & post vnionem tam ipsæ natura inconfusæ, quàm earum proprietates illæ. *Ac propterea nõ realiter communicate, hoc est, communes factæ.*

Decretū  
concilij  
Chalced.  
recitante  
Euagrio  
lib. 2. c. 4.

Iesum Christum Dominum filium vni-  
genitum in duabus naturis inconfusè, im-  
mutabiliter, indiuisè, inseparabiliter cog-  
nitum profiteamur, naturarum differētia nul-  
lo modo sublata propter vnionem, sed po-  
tius seruata proprietate vtriusque naturæ, &  
in v-

in vnâ Personam & hypostasim concurrente. *Non possunt tolli & seruari simul naturarum propria.*

Definimus essentialem naturarum differentiam seruari *ὁμοθεῖαι τῆς φύσεως τῶν ἐνωθέν διαφορὰν*, & duas naturas post vnionem verè easdem esse & illarum naturales proprietates. Seruat enim vtraque natura suam naturalem proprietatem immutabilem. *ac proinde tollitur realis cōmunicatio proprietatū.*

Idem recitante  
Damaſc.  
lib. 3. ca. 3.

Crederè oportet fideles, quanuis corpore suo absit Christus, virtute tamen sua omnia & nos gubernare, semperque adesse omnibus qui eum diligunt. *V binam est Ubiquitas corporis?*

Cyrl. lib.  
9. c. 21. & c.

Ascendit ad cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris, manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit: non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata. *Non est igitur omnis praesens.*

Hieron.  
in Symb.  
Damaſc.

Docemus eundem Christum patibilem carne, & impatibilem diuinitate, circūscriptum corpore, & incircūscriptum Spiritu, visibilem, & qui cerni animo & intelligi potest, qui loco continetur, & non continetur. *Atque ita corporis Ubiquitas euanesce, & nusquam est.*

Nazianz.  
ad Cletod.

Inuisibile simplex & immensum corpori vnitū, nihilominus manet inuisibile & simplex, nec iisdem terminis, quibus corpus

Theodor.  
Dialog.  
2. & 3.

continetur, sed corpus manens in propria natura & mensura vnitur Deo secundum viuificationem. Non enim Christi copulatio cum corpore mutat naturam corporis &c. *Non igitur facit ubique esse.*

Fulg. de  
Incar. &  
grat.

In Deifica illa vnione, vera Christi humanitas naturalem prorsus retinuit nostri generis veritatem. *Non igitur facta est omniprensens.*

Idem lib.  
2. ad Thra  
sim.

Vnus idemque homo localis ex homine, qui est Deus immensus, ex Patre vnus idemque secundum substantiam humanam, absens cœlo, quum esset in terra, & derelinquens terram, quum ascendit in cœlum: secundum diuinam verò immensamque substantiam, nec cœlum dimittens, quum de cœlo descendit, nec terram deserens, quum ad cœlum ascendit, &c. Secundum veram humanitatem suam localiter tunc erat in terra: secundum diuinitatem autem, quæ nullo loco continetur, cœlum totus implebat & terram. Iohan. 3. *En tibi locus Ioannis expositus, & ab Vbiquitate corporis vindicatus.*

Cyrrill. lib.  
11. in Ioan.  
cap. 3.

Nemo dubitat quin ad cœlos ascendit Christus, quanuis virtute Spiritus adfuerit, presentia tamen carnis abfuisse. *Caro igitur Christi non est omniprensens.*

Idem lib.  
2. dial. de  
Trin.

Etiam Diuinitas si esset corpus, esset omnino in loco, & magnitudine & quantitate: & si caderet in eam quantitas, non efugeret circumscriptionem. *non est igitur in-*  
*circum-*

*circumscriptionem corporis Christi.*

Sublatis proprietatibus corporis, ipsum quoque corpus simul tollitur & euanescit, utpote à quo nullo modo separari, ac ne cogitatione quidem distrahi possint. *Iacet igitur distinctio, naturaliter & supernaturaliter.*

Homo secundum corpus in loco est & de loco migrat, & quum ad alium locum venerit, in eo loco unde venit non est: Deus autem implet omnia, & ubique totus est, non secundum spatia tenetur locis. Erat tamen Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum inuisibilem maiestatem in caelo & terra. Ideo ait, *Vbi ego sum vos non potestis venire, &c.* Id ipsum & quidem copiosius tradit Augustinus. Tractat. 50. in Ioan. & alibi, quos omnes locos Ubiquitatis patroni sibi videntur eludere ex vocabulo Maiestatis, quod Augustinus usurpauit: quasi verò vnquam Augustino in mentem venerit modus ille maiestatis, quem illi in suis distinctionibus excogitarunt, & de quo nec Augustinus, nec vllus alius ex veteribus cogitauit, cum potius nomine maiestatis diuinam naturam intelligat, ut perspicuum est ex his verbis, *Me autem semper habebitis* (inquit Christus) Accipiant hoc & boni (inquit Augustinus) sed non sint solliciti: loquebatur enim de praesentia corporis sui. Nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem

Nicetas in Nazianz. in orat. de 5. Pentecost. Aug. in Ioan. II. Tract. 31.

Respons. patr. Vbiquit. resoluatur.

De vocabulo Maiestatis, quod August. usurpauit.

TE  
ens in propria  
eo secundum  
Christi copula  
ram corpori  
Christi hoc  
et inuit nobis  
facta est omne  
is ex homin  
re vnus idem  
umanam, ab  
a, & derelin  
in caelum. Se  
sámque libe  
quum deo  
ens, quum de  
m veram ho  
erat in ter  
m, quæ nul  
is impleba  
annis expo  
dicatur.  
os ascende  
iritus ad h  
isse. Carri  
rpus, effe  
e & quanti  
tas, non est  
est igitur in  
circum-



& inuisibilem gratiam impletur, quod ab eo dictum est, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Hæc ille. Quemadmodum igitur providentia & ineffabilis atque inuisibilis gratia referuntur ad diuinam naturam: ita & maiestas. Quinetiam maiestatem opponit presentie corporis, ne quid dubitationis supersit: Loquebatur, inquit, de presentia corporis, & statim postea: Secundum carnem vero quam Verbum assumpsit, inquit, secundum id quod de virgine natus est, à Iudæis comprehensus, ligno affixus, de cruce depositus, linteis inuolutus, in sepulchro conditus, in resurrectione manifestatus, Non semper habebitis me vobiscum. Quare? quonia conuersatus est secundum corporis presentiam 40. diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus, videndo non sequendo, ascendit in cælum, & non est hic: ibi enim sedet ad dexteram Patris: & est hic: non enim recessit presentia maiestatis. hæc Augustinus: Vbi hæc duo membra inter se opposita, spectanda sunt. Presentia corporis, & presentia maiestatis. Itaque, qui dicit, presentiam maiestatis esse presentiam corporis, ille proculdubio Augustini non tantum sententiam euertit, sed ipsis etiam verbis lituram inducit. Adde quæ ille statim subiicit: Secundum presentiam maiestatis, inquit, semper habemus Christum: secundum presentiam carnis,

nis, rectè dictum est discipulis, me autè non  
semper habebitis. Ex quibus omnibus satis  
superque facilis, & perspicua est Augustini  
de præsentia corporis Christi sententia. At-  
enim inquiût, nonne corpus Christi est pat-  
ticeps illius maiestatis? Certè: quia cum λό-  
γος personaliter unitum est, ac proinde per-  
sonaliter unitum est cum maiestate, prou-  
dètia, ineffabili gratia, omnipræsentia, ad-  
de etiam cum æternitate ipsius τὸ λόγος: sed  
nihilominus manet intra naturæ suæ fines:  
quinetiam præsentia maiestatis, non est rea-  
lis præsentia corporis, quia maiestas non est  
corpus Christi, vt alibi copiosius diximus.  
Sed Augustinum audire iam pergamus.

Corpus eius in quo resurrexit, in vno lo-  
co esse oportet: Veritas eius vbique diffusa  
est. Sic olim Gratianus legit apud Augusti-  
num: at in recentioribus codicibus ita legi-  
tur: vno loco esse potest: quam posteriorem  
lectionem nonnulli ex patronis Vbiquita-  
tis arripiunt, & vrgent verbum illud, Potest,  
vt Augustini sententiã eludant. Verù enim-  
uero quis vnquam vel Theologus vel Phi-  
losophus ita loquatur? fieri posse vt corpus  
sit in vno loco. Nec enim hîc τὸ δυνατόν, sed  
τὸ ἀναγκαῖον vsurpandum est. Quamobrem  
aut ridiculè loquutus est Augustinus (ac  
proinde non locutus est Augustinus) aut, si  
retines verbum Potest, hæc erit illius sen-  
tentiã: corpus nõ posse esse simul & semel ni-

Idè Traç.  
30.  
De Vocã-  
bulo Opor-  
tet, quod  
Gratianus  
vsurpauit  
ex Augst-  
sine.

Qj



si in vno loco: sed ipse suã nobis Augustinus sententiam exponat. Sic igitur alibi scribit:

Idem de fi  
de ad Pet.

Quantumcunque sit corpus, vel corpusculum: vt loci occupet spatium, eundemque sic impleat, vt in nulla eius parte sit totum, **NECESSE EST, id est, Oportet.**

Idem ad  
Dard.

Deus vbique esse dicitur, quia nusquam absens est in seipso, nec continetur ab iis quibus præsens est. Nam spatia locorum tolle corporibus, & nusquam erunt: & quia nusquam, ergo nec erunt. Naturaliter, inquit illi, nusquam erunt, sed personaliter & supernaturaliter corpus Christi est vbique. Atenim si id Augustinus sentiret: sic igitur diceret: tolle locorum spatia corpori Christi, & corpus Christi vbique erit. At ille contrã affirmat, nusquam esse, adeoque non esse. Sed omnem ansam tergiuersandi præcidit Augustinus, inquit statim postea. Hinc vbique crede Christum, per id quod Deus est, in cælo autem per id quod homo est, secundum veri corporis modum. Hæc Augustinus contra eos qui modum veri corporis, ac proinde veritatem corporis Christi negant.

Respos. pa-  
tr. Vbique.  
refellitur.

Idem de  
Essent, di  
uin.

Sicut (inquit) eundem filium Dei redemptorem nostrum secundum diuinitatem inuisibilem, incorporeum & incircumscriptum, sicut & Patrem & Spiritum sanctum, non credere, impium est, sic eundem Dei Filium in homine assumpto visibilem, corporeum

poreum & localem post resurrectionem non profiteri, est profanum. Semper enim manet incommutabilis veritas humanæ naturæ, quam sibi unitam diuinitas gerit. Item: Venturus est in eadem carnis forma atque substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit: secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est ergo ne ita diuinitatem astruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. *Corpus igitur ubique diffusum esse, credendum non est.*

Ad Dardanum.

Sexcenta eiusmodi apud veteres occurrunt, ex quibus dubitari non potest, quænam fuerit constans totius Antiquitatis de veritate corporis Christi sententia, quod argumentum (vt iam præfatus sum) alij locupletissimè tractarunt.

Hæc igitur nos moueat Antiquitas clarissimis testata monumentis, & quod caput est, certissimis Scripturæ firmamenti subnixâ.

Atque hæc de nostra responsione ad obiectiones ex veterum doctorum scriptis petitas. Superest vt ex nostræ methodi ratione ipsos errorum fontes indicemus, quibus redarguendis nostra hæc adhibita fuit disputatio: vt ita magis magisque nostræ sententiæ veritas ante omnium oculos proponatur.

Conclusio de Veteris sententia aduersus dogma Omnis presentia.

Authores huiusce dogmatis, illud con-

Qij



firmare sibi videntur ex eo loquendi genere quod extat apud quosdam veteres: nempe *κοινωνία ἰδιωμάτων*. Qua in re tribus modis ab illis peccatur. Primum, quia in afferendo fidei dogmate non sunt vrgendæ veterum doctorum phrasés. Nam sola Scriptura est Christianæ religionis firmamentum. Deinde, hoc ipsum loquendi genus, *κοινωνία ἰδιωμάτων*, ex suo illi sensu, non ex ipsorum veterum sententia exponunt. Denique cum illa phrasis ita vulgò Latinè exprimitur, Communicatio proprietatum: Cōmunicationis & Communicandi vocabula transitiuè accipiunt, perinde ac si ὁ λόγος suas proprietates communicaret humanæ naturæ, hoc est, eas cum humana natura communes faceret, easque humanæ naturæ largiretur, quam illi realem proprietatum communicationem appellarunt. Atqui tam *κοινωνεῖν* quàm *κοινωνία*, atque etiam Latinum vocabulum Communicare, in hac quidem quæstione veteres intransitiuè vsurpant (hæc enim vis est Græci vocabuli) adèò vt realis proprietatum communicatio siue communio, nihil sit aliud quàm naturalium proprietatum vnio, quemadmodum etiam naturarum in vna persona quæ Christus est, vt suo loco fusiùs exposuimus.

Porro vt realem, quam illi excogitarunt  
pro-

proprietatum communicationem defendat, multas ac varias adhibent distinctiones, quae non modò non sunt Theologicae, sed ne distinctiones quidem: Etenim contradicunt expressis ac dilucidis Scripturae locis, ut à nobis demonstratum est. Obscurae sunt & inexplicabiles, tantum abest ut quaestioni propositae lucem adferant, id quod est distinctionis proprium: & sunt ἀντιφατικά, quandoquidem statuunt vnum & idem corpus, nempe Christi, esse circumscriptum simul & incircumscriptum, hoc est, non esse circumscriptum (sic enim hoc loquendi genus à me usurpatum intellectum velim.) Nec illas iuvant varij respectus, quos Ubiquitatis patroni praetexunt suis illis distinctionibus, idque duabus praesertim rationibus. Prior est: quia non agimus de humana natura in specie considerata ut est καθ' ἑαυτήν, sed agimus de humana Christi natura quae est τὸ δευτέρον. Posterior ratio: quia quaeritur inter nos, quale sit corpus Christi, actu, non autem, consideratione, vel respectu tantum. Quòd si circumscriptum est actu, certè actu non est simul incircumscriptum, & contrà. Cùm autem velint esse incircumscriptum actu: relinquitur ut sit tantum cogitatione circumscriptum: atque ita corpus Christi erit verum corpus sola cogitatione: quod pia Christianorum aures auersantur, atque refugiunt. Hoc enim Theoremata propono assentientibus, ut cōfido, ple-

Q iij

risque omnibus, tum Theologis tum Philosophis. Duo actus in vna eadēque re *ἀντι-  
 ποσιν* oppositi, idque tam ex parte subiecti, quàm ex parte attributi, stare nō possunt quicunque tandem respectus adhibeantur: Ut in hoc Enuntiato: Corpus Christi est omnipræsens: oportet corpus esse actu corpus & Omnipræsentiā esse actu Omnipræsentiā: ac proinde Enuntiatum illud non potest stare cum hoc Enuntiato: Corpus Christi non est Omnipræsens. Itaque si hoc posterius verum est (vt est verissimum) certè prius illud verum non est. Quòd si respectu & consideratione tantū, vel corpus est corpus, vel omnipræsentiā est omnipræsentiā: certe tollitur & corporis & Omnipræsentię veritas.

Nominum propriam significationē evertunt, adeò vt nec res, nec ipsa rerum etiā vocabula retineant. Sic realiter sine re ipsa, & realem præsentiā sine vero existendi modo comminiscuntur, & pleraque cōsimilia, quæ suis locis annotauimus.

Quod attinet ad locos Scripture, quos illi nobis obiiciunt, huac errorem admittunt, vt quæ dicuntur de persona Christi in Concreto, ea restringant ad humanam ipsius naturam in Abstracto: & hanc regulā expresso Dei verbo fundatā à piis maioribus traditā, ab illis etiam ipsis approbatam, hac tamē in parte negligunt: nēpc: Quædā dici de Christo quæ

sto, quæ seorsum, nec ad λόγον, nec ad humanam naturam à λόγῳ assumptam, sed ad totâ ipsam personam pertinent. Quo fit, vt non possint distinguere inter hæc duo theoremata: quorum prius est: Quædam dici de Christo quæ λόγῳ conueniunt, non simpliciter, sed Propter humanam naturâ assumptâ: Posterius est:

Quædâ dici de Christo *Secundum* humanam naturam. Hoc est: quatenus est humana natura.

Hi sunt præcipui fontes errorû, quos hæc nostra disputatione refutauimus.

Quamobrem cum nostra de veritate corporis Christi sententia locis expressis Scripturæ nitatur, & cum præcipuis fidei Christianæ capitibus arctissimè cohæreat: dogma verò de Omnipræsentia corporis Christi repugnet manifestissimis Scripturæ testimoniis, & præcipua Christianæ fidei capita conuellat, atque ad eò tot tantisque incommodis afflictetur, vt inde nullis vnquam possit distinctionum adminiculis liberari: cumque tam ad argumenta, quam ad Scripturæ locos, & ad veterum testimonia, quæ huic dogmati prætexuntur, à nobis responsum fuerit: sequitur, hanc nostram sententiâ, quâ in præsentî disputatione probandam suscepimus, esse in clarissima veritatis luce constitutam: nempe, *In vna persona, quæ est Iesus Christus, humanam naturâ à λόγῳ assumptam,*

*Generalis  
totius disputationis  
cō-  
clusio.*

Q. iij




cum ipso λόγῳ inseparabiliter & inconfuse unitam esse, saluis utriusq; natura proprietatibus, ipsamque naturam humanam summis & incomprehensibilibus donis exornatam esse, quatenus ipsius natura essentia ferre potest. Ex qua verissima affirmatione sequitur ἐξ ἀνάγκης hac certissima negatio, Corpus Christi nō esse omnipraesens suo ubique.

Faxit autem Pater ille lucis, ut sacrosantam hanc veritatem, oculis ab eius Spiritu illustratis, intueamur, & arctissimo fidei consensu Iesum Christum verum Deum & verum hominem, unum Dei & hominum Mediatorem, unum Ecclesiae Redemptorem, unum Seruatorem constantissimè amplectamur: cui cum Patre & Spiritu Sancto sit aeterna laus & gloria. Amen.

LAVS DEO.







ALVENSLEBEN

Ei

157

Handwritten text, possibly a title or address, including the word "Castelle".

Handwritten text, possibly a title or address, including the words "Stus sit", "Contr", "tum Genebr", "Tendior", "o icida", "tro cum".

Handwritten text, possibly a title or address, including the words "Pepo de", "Stizi", "duca", "nem i", "Joan".

Handwritten text, possibly a title or address, including the words "Dispo de", "Kundione", "Andream", "manu".







1  
DE VERITATĒ  
HVMANAE  
NATVRAE  
IESV CHRISTI,

THEOLOGICA ET  
*Scholastica disputatio.*

AD ILLVSTRISSIMOS ET PO-  
tentissimos Principes, & Magnificos Ciuita-  
tum Imperij Germanici Magistratus Euan-  
gelicam Religionem amplexos.

AVCTORE ANTONIO  
SABELL.

